







1442/A

VALERII CHARSTADII,
Stetinensis Pomerani,
Med. Doctoris

SYNOPSIS
Universæ
MEDICINAE
DOGMATICÆ.

Brevi & perspicua methodo in duodecim disputationibus adumbrata.

ARGENTORATI,
Typis EBERHARDI WELPERI
Anno M. DC. XXXIV.

Σὺν θεῷ

INTRODUCTIO In INSTITUTIONES Universæ medicinæ dogmaticæ.

Respondente
JOHANNE KLEIN, Nördlingensi.

QUÆSTIO I.
Quid in hac introductione proponitur?

BRevis & perspicua delineatio eorum, quæ hoc divinum & prænobile Dei donum, Medicina, amplissimo suo comprehendit ambitu.

2. Cur præmittis hanc introductionem ipsi arti.

Candido ut lectori primo ſtatim limine, cùm artis medicæ contenta, tùm quæ ipſi in hoc præſertim breviario expectanda innoteſcant, hisque probè cognitis, ejusdem felici auſpicio lectionem exordiri, feliciori verò cum ſucceſſu continuare valeat.

3. Quod ſunt principes hujus introductionis partes?

Quatuor, quarum prima generalem & brevem definitionis. 2. ſubjecti. 3. finis. 4. diviſionis medicinæ continet tractationem.

4. Quid eſt Medicina?

Medicina eſt Ars ad præſentem corporis humani ſanitatem conſervādam, & colla, ſam, aſt ſanabilem, reparandam comparata.

5. Quot hîc notanda?

Duo 1. definitum, quod notatur voce medicinæ. 2. definitio ipſa, in qua

qua ars genus, reliqua à subjecto & fine medicinæ desumpta, differentiam constituunt.

6. Quid importat definitum?

Hujus facultatis admirandã præstantiam & utilitatem. 2. notationem. 3. distinctionem, quâ à natura discrepat scientia.

7. Vnde desumpta est præstantia & utilitas?

1. A Fundatoris, DEI videlicet eminentia: à DEO siquidem, teste Syracide, est Medicina. 2. à subjecti nobilitate, quod est corpus nobilissimæ creaturæ hominis: 3. à remediorum ubertate & dignitate. 4. à finis bonitate, quâ quævis hujus mundi bona longè superat.

8. Vnde deducitur Medicina?

A Medendo, eo quod medelam præstet ægris, certisque adhibitis remediis iis sanitatem restituat: quæ deductio veteribus usitata, adhuc in scholis medicorum retinetur & probatur.

9. *Differuntné medicina & physica?*

Omninò. 1. Genere: illa definitur per artem, hæc per scientiam. 2. Subjecto: illius est corpus humanum, quatenus sanum & sanabile, hujus corpus naturale, quatenus naturale. 3. Fine: illius est ποίησις effectio, hujus θεωρία contemplatio.

10. *In quo consistit hæc effectio & contemplatio?*

Contemplatio in nudâ principiorum, affectionum, & corporis naturalis specierum cognitione: effectio verò in sanitatis, tàm redintegratione, quàm conservatione, acquiescit.

11. *Rectené definitur per artem?*

Maximè, idque confirmatur duplici ratione, topica & analytica.

12. *Quæ est topica?*

Quòd sapientibus, & præsertim iis, quorũ maximè est perspecta sapientia, probatur admittendum: hinc cum tales extiterint Hippocrate-

tes, Galenus, Fernelius q. alij, & ipsi medicinam artis nomine indigitarunt; meritò & nos id admittamus.

13. Quæ est analytica?

Cui competit definitio, eidem & definitum: Medicinæ artis competit definitio: ars autem est habitus intellectus cum recta ratione effectivus. E. & definitum. 6. Eth. ad Nico. cap. 4.

14. Estné talis habitus medicina?

Est. 1. n. est qualitas non corporis, sed animi, 2. ratione & experientiæ ut est inventa, ita & omnia ad rectæ rationis & experientię normam exigit. 3. efficiendo sanitatem, tuetur, conservat.

15. Quodnam est medicinæ subjectum tractationis?

Corpus humanum, quatenus sanum & sanabile: materiale subjecti est corpus humanum, formale quatenus sanum & sanabile.

16. *Quid denotat materiale?*

Non quodvis corpus medicinæ fore ſubjectum, ſed ſaltem humanum, inque eò rectè dogmaticam diſtingui à mulo & veterinaria medicina, quæ brutorum curam agit.

17. *Quid adumbrat formale?*

Corpus humanum non ἁπλῶς, aut prout eſt naturale, hujus fore conſiderationis, ſed duplici reſpectu, 1. prout eſt ſanum, quod tuetur, 2. ægrum, ſed ſanabile, quod ad priſtinum ſtatum reducit.

18. *Cur medicus non curat corpus inſanabile?*

1. Quia eſt miniſter naturæ, hinc facilanti, nec prorſus devictæ & amiſſę ſuccurrere debet & poteſt ſanitati. 2. ne temerè adhibeantur remedia, nec ſeſe riſui exponat, attentando quę viribus & eventui haud correſpondent.

19. *Quid*

19. *Quid agat medicus circa incurabiles morbos?*

Ægrum vel prognostico dato relinquat, vel amicorum postulatis quodammodo ut satisfaciat, ignorãtiæ suspicioné evitet, tentet quippiam pro sua prudentia, modestâ tamen semper adhibitâ excusatione, morbi exuperantiam remediorum annihilationem confirmante.

20 *Quotuplex est medicinæ Finis?*

Duplex, 1. intermedius, medicari. 2. ultimus, sanitatem præsentem tueri, labefactatam corrigere, reficere, redintegrare.

21. *Nonne medicus semper ultimum assequitur finem?*

Non, id tamen non statim ipsi arti, ut quæ certa & infallibilis, nec semper medico est imputandum, cum hic finis sit externus, nec simpliciter in ejus potestate positus, sed

aliis causis, quæ sunt impedimento, quò minùs eum assequatur.

22. Quæ possunt esse in universum causæ frustrati finis?

1. Ignorantia, ignavia & negligentia medici. 2. patientis inobedientia. 3. pharmacopœi incuria. 4. materiæ exhibendę corruptio. 5. syderum, aërisvé constitutio maligna. 6. loci temporisvé inconvenientia. 7. affectus incurabiles. 8. adstantium vel assidentium errata. Non solùm enim seipsum præstare oportet medicum, sed & ægrum, assidentes & exteriora.

23. Quæ sunt illa, quibus assequitur finem?

Diæta, pharmacia, chirurgia, methodus tuendę sanitatis & medendi, quarū hæc quìd & quomodo agendum præscribit, illę materiam nobis suppeditant, & debitam illius præparationem seu applicationem præcipiunt.

24. Quo-

24. *Quomodo dividitur Medicina?*

In duas partes. 1. ὑγιεινὴν, quæ agit de ſanitate tuenda. 2. θεραπευτικὴν, quæ agit de ſanitate collapſa corrigenda & reſtituenda.

25. *Quomodo ſubdividitur ὑγιεινή?*

In duas partes, quarum prior appellatur φυσιολογική, quæ ſanitatem ipſam, prout huc referenda, evoluit: poſterior dicitur διαιτητική, quæ materiem, quâ conſervatur, & methodum tuendę ſanitatis proponit.

26. *Quod ſunt partes therapeútices?*

Tres, quarum 1. eſt παθολογική, quę agit de tribus rebus præter naturam corpori humano accidentibus; morbo, morbi cauſa & ſymptomate, 2. σημειωτική in ſigna affectuum quę inquirit. 3. θεραπευτική in ſpecie ſic dicta, quæ methodo medendi diætæ, chirurgiæ & pharmaciæ conſiderationem apponit.

27. Cur hoc modo dividis medicinam?

1. Ob distinctiorem partium medicinæ tractationem. 2. ob faciliorem præceptorum cognitionem & apprehensionem. 3 ob methodi necessitatem.

28. Explica hoc clarius?

Hoc observato ordine. 1. quæ ad ὑγιεινὴν pertinent & therapeuticam suo ac debito tractantur loco. 2. hinc minori cum difficultate cognoscuntur, quàm aliâs, ubi. 1. de sanitate. 2. de morbo. 3. de signis, & mox, interrupto ordine, vicissim de sanitate tuenda agitur. 3. medicina cum sit ars, utatur methodo analytica, quæ hîc observatur, dum 1. de sanitate tanquam fine. 2. de subjecto. 3. de remediis ad finem ducentibus agitur.

29 Nonné hoc ordine procedit medicus in curatione?

Omninò: hic enim processus, quem

quem medicus necessariò attendere debet, genuit & artis appellationem, & methodi analyticæ impositionem.

30. Ergò primùm attendit finem?

Ante omnia & primò medicus respiciat finem suæ actionis, id est sanitatem, hæc sit scopus, ad quem solùm collimet.

31. Quotuplex est sanitas?

Duplex, illæsa & læsa: illam tuetur medicus ὑγιεινή. Id ergò ut rectè fiat, cognoscat 1. quid sit sanitas. 2. ejus subjectum. 3. eam quid insequatur, undè physiologica. 4. quomodo & quibus eadem conservari possit, hinc diætetica oritur.

32. Quomodo succurrit læsæ?

Primò attendit ea, quæ sanitati cōtrariantur, illique omninò sunt ista, morbum, morbi causam, symptoma; hæc enim frustra removere laborat, nisi morbi aut causæ morbificæ cognitione sit instructus, ipsi quam suppeditat pathologia.

33. Quid attendat secundò?

Signa. Constat siquidem, quòd morbi, causæque morbificæ, vel res præter naturam, partim sint in aperto positæ, partim lateant: in horum itaque latentium & in recessu positorum cognitionem nos deducunt signa, quæ tradit simiotica.

34. Quid attendat tertiò?

Modum & rationem, quâ hos sanitatis hostes tutò aggredi, iisque fractis vel oppressis sanitatem restituere potest, quam proponit methodus medendi.

35. Quid quartò attendat?

Legitimum materiei remediorum, exactam ad methodi restituendæ sanitatis amussim inventę usum, debita præparatione à medico, chyrurgo, vel pharmacopœo facta, & tempestiva applicatione, determinatam, de quo diætetica circa ægros, chirurgia & pharmacia præcipit.

36. Quot sunt medicorum secta?

Quatuor. 1. Empyrici. 2. Dogmaici. 3. Methodici. 4. Paracelsistæ.

37. Qui dicuntur Empyrici?

Qui neglectis certis curandi prinipiis, indicatione corporis humai, causarum internarum, facultaumvé notitia, solius experientiæ uctu, curationem aggrediuntur.

38. Quotuplex olim empyricorum fuit experientia?

Triplex. 1. Fortuita, sic dicta ab ffectu, dependente à casu quodam ut à natura. 2. Consultativa, certoue nitebatur consilio. 3. Imitatoria, iorum imitationem quæ respicient.

39. Quomodo his utebantur?

In fortuita nihil agebant, cum exerti, quòd quę à natura aut casu fient, ut plurimum sanitatem restierent. 2. circa consultationem, cia omnem imitationem, proprio nsilio subitò ipsimet experimentum

tum faciebant. 3. imitatoriç ductu tantùm tentabant, ab aliis quę fuerè experta, inventa, & jam dudum probata.

40. *Qui dicuntur methodici?*

Qui solius rationis suasionibus nixi, postpositâ experientiâ, curationem suscipiunt affectuum.

41. *Quotnam olim erant methodicorum principia?*

Tria. 1. fluens. 2. astrictum. 3. ex his duobus compositum, quę tanquam communia in omnibus attendebant affectibus: ex his autem fluentibus astrictionem, astrictis laxationem opponebant: in mixtis verò illi, quod magis urgebat, primo succurrendum docebant.

42. *Qui dicuntur Dogmatici?*

Qui rationem & experientiam conjungentes, in morborum cognitionem & curationem feliciter descendunt.

43. Cur dogmatici hæc duo conjungunt?

Quia ratio & experientia ſunt duo principia ſeu cura, quibus tanquam fulcris innititur firmiſſimis noſtra medicina, & ſine quibus medico in corpore humano nihil tentare licet.

44. Quænam ex his medicinæ differentiis in ſcholis docetur?

Dogmatica celeberrimis in Academiis docetur, ac medicinę cultoribus gnaviſſimis aſſiduâ diligentiâ inculcatur, utpotè immotis quę ſuffulta fundamentis, ex certioribus conflata principiis, ac ſolidioribus comprobata rationibus, ſupradictas longo intervallo ſuperat & evincit.

45. Qui appellantur Paracelſiſtæ?

Qui Theophraſti paracelſi principiis chymicis ducti, curandi affectant rationem.

46. *Po-*

46. *Poteſtné chymicorum medicina hodie absque reprehenſione in ſcholis proponi?*

Omninò, aſt quatenus à dogmatum falſitate repurgata, unà cum dogmaticâ diſciplinam univerſalem certâ methodo, ſerie præceptorum cõſtante, diſtinctâ, minus verò confusâ, conſtituit.

47. *Quibus rationibus id confirmas?*

His ſequentibus, quarum prima deſumpta eſt à virorum celebrium conſenſu. 2. ab indefatigata ſtudioſę juventutis operâ; 3. à perfectiori remediorum adhibendorum præparatione & jucunditate. 4. à majore ægrotorum applauſu. 5. à præceptorum certitudine, qua ſcatet juncta dogmaticæ, quæ, ut modò dictum, publicè docetur, omnium in manibus medicorum verſatur, viget, & minimè aſpernando cotidie aſſum-

aſſumpto incremento, magis magisque excolitur & celebratur.

DISPUTATIONUM Medicarum SECUNDA. DE SANITATE EIUSQUE SUBIECTO.

Reſpondente THEOPHILO MERCKLINO, Lavingano, Neo-Palatino.

1. *Quid eſt ſanitas?*

SAnitas eſt diſpoſitio partium corporis humani viventium, qua eædem ad debitas functiones absque moleſtia obeundas rectè diſponuntur.

2. *Recténe orditur medicina à fine?*

Omni-

Omnino; hæc enim ars eſt, artes verò gaudent methodo analytica; certa hujus methodi lex eſt progredi à toto & univerſo ad partes ac ſingula, à compoſito ad ſimplicia, à fine tanquam effectu ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ad principia tanquam media ad finem ducentia. Finem autem eſſe ſanitatem, omnem eſt extra controverſiam poſitum.

3. *Quot notanda veniunt in ſanitatis definitione?*

Duo; 1. Genus, quod notatur voce diſpoſitionis. 2. differentia ſpecifica, quę exponit diſpoſitionis hujus ſeu ſanitatis, 1. adæquatum ſubjectum. 2. neceſſarium effectum, facilitate functionum, tàm ſub actus, quàm potentiæ latitudine comprehenſarum, determinatum.

4. *Quid intelligis per partium diſpoſitionem?*

Harum fabricam, affectionem vel conſtitutionem, non verò eſſentialem,

tialem, quæ immutabilis, ſed accidentalem, ipſa in diſpoſitione qualitatum, compoſitionis & unitatis conſiſtentem, quâ eſſentialis easdem ad debitas functiones, ſine moleſtia obeundas diſponit, & aptas reddit.

. Cur non definis ſanitatem per diſpoſitionem naturalem?

Ne definitio fiat anguſtior ſuo definito, cùm hac appoſita naturalis voce à ſanitate excluderentur eæ ſanitatis differentiæ, quæ ſunt in ſtatu decidentiæ & convaleſcentiæ.

6. Suntne hæ differentiæ naturales?

Nequaquam: & quidem. 1. in statu decidentiæ quæ eſt conſtituta ſanitas, paulatim à nativa deflectit, atq; in motu ad morbum. 2. ſtatus cõvaleſcentiæ circulo q̃ eſt circumſcripta, induſtria induſtrii medici, vel alterius ope reparata, adhuc imbecillis exiſtit, nec nativæ per omnia

nia congrua; ſed in motu ad priſtinam & nativam verſatur, debitamque ſic intendit perfectionem.

7. Quid denotat hæc vox debitas?

Diverſos diſpoſitionis ſeu ſanitatis gradus aut differentias, quarum certas, determinatas, ac pro ratione ſuæ perfectionis, aut imperfectionis, hæc perfectiores, illa imperfectiores, nec alias, quàm ſibi per naturam competunt, producit operationes.

8. *Quid vox moleſtiæ deſignat?*

Impedimentum, notabile aliquod vitium, dolorem; eos enim ſub ſanitatis vexillo militare, abſque moleſtia, dolore, impedimento, aut notabili quodam vitio, debitas, ac in vita neceſſarias qui functiones ſuſcipiunt, & omnem extra functionum actum conſtituti, urgente neceſſitate, ſuſcipere poſſunt; contrarium accidere rebus præter naturam affectis notum eſt.

9. In definitione, quæ exprimunt sanitatis subjectum?

Partes viventes, quibus ſanitas tanquam materiæ in qua, vel ſubjecto inhæſionis ineſt, aliâs cùm, ceu reliqua, deſtituatur materia ex qua, accidentia.

10. Cur additur corporis humani?

Ut ab hac ſanitate removeantur cæterarum ac brutorum corpora, de quorum ſanitate Medicus minimè eſt ſolicitus.

11. His quid ſubjungendum?

Specialis ſubjecti, & differentiarum ſanitatis diviſio, & plenior explicatio.

12. Quotuplex eſt ſubjectum ſanitatis?

Duplex, remotum ſeu generale, corpus humanum; propinquum & ſpeciale, pars vivens aut propriè ſic dicta, quam conſtituit.

13. Cur appellas corpus humanum generale subjectum?

Quia 1. plura continet alia, quibus sanitas non competit. 2. dividitur in distinctas partes, ut mox dicendum, quæ sub generali corporis conceptu inaudiuntur.

14. Quomodo dividitur corpus humanum in arte medica?

In truncum, qui continet caput, collum, humeros, pectus, dorsum, latera, abdomen, inguina, pudenda: & in membra explantata.

15. Quomodo dividitur truncus?

In tres ventres seu regiones, quarum prima & suprema continet caput, secunda & media thoracem, tertia & infima abdomen.

16. Quid intelligis per caput?

Totum illud, quod in corpore supremum tenet locum, colloque super impositum, primâ colli verteb terminatur.

17. *Qui*

17. *Quid est medius venter?*

Qui â capite usque ad diaphragma se extendit, perque hoc ab infimo ventre seperatur.

18. *Quid denotat venter infimus?*

Totum illud spatium quod sub diaphragmate, cartilagine ensiforme, utroque latere, ossibus ilium & coxendicis, abdomine proprie sic dicto, lumborum vertebris, ossibus sacro & pubis circumscribitur.

19. *Quot modis accipitur vox ventris?*

Tribus, quod enim Græcis est κοιλία id latinis dicitur venter 1. generaliter pro insigni quadam cavitate 2. specialiter, pro illa corporis parte, quæ â mucronata cartilagine, & nothis costis usq; ad pubem inclusive est extensa. 3. specialissime pro receptaculo cibi & potus, primæque concoctionis instrumento.

20. *In qua significatione hic accipitur?*

In prima, pro insigni quadam ca-

vitate, in qua tale quid eſt recondi-tum, ſine quo homo vivere haud va-let.

21. *Vnde deſumpta eſt hæc trunci diviſio?*

A tribus principalibus corporis noſtri partibus, quales, cerebrum, Cor, Epar, quæ in hiſce cavitatibus contentæ, triplicis animæ facultatis, naturalis, vitalis, animalis, ſedes & domicilia exiſtunt.

22. *Declara hoc plenius?*

Supremus venter ſeu caput, cere-brum, quod eſt officina facultatis animalis, continet; medius ſeu tho-rax, cor, quod eſt ſedes vitalis facul-tatis; ultimus ſive abdomen Epar, quod eſt focus naturalis facultatis, comprehendit.

23. *Quæ ſunt membra explantata?*

Quæ â trunco ſeparari poſſunt, ut brachia, manus, femora, crura, pe-des.

24. *Nonne hi ventres & membra minutius secantur?*

Omninò; in partes similares & dissimilares; quæ vicissim in duplici sunt differentia: aliæ propriæ & viventes, aliæ impropriæ sic dictæ. Arist. 1. hist. anim. cap. 1.

*25. *Quid est pars vivens propriè sic dicta?*

Corpus toti cohærens, communique vita conjunctum, & ad illius functionem, usumve comparatum. Fern. lib. 2. de el. c. 2.

26. *Quæ dicuntur partes similares?*

Quæ in partes sibi similes dividuntur, retinentes eandem definitionem & appellationem, ut cutis, os, cartilago, caro, fibræ, arteriæ, nervus, vena, ligamentum, pinguedo, pili, ungues, &c.

27. *Quæ notantur dissimilares?*

Quæ in dissimiles materiæ & speciei partes dividuntur, ut caput, pectus, brachia, venter, oculus, auris, nasus, manus, &c.

28. *Ex his quæ dicuntur propriæ?*

Quibus hæc requiſita competunt. 1. reſpectu materiæ pars vivens in utero ex ſemine & ſanguine tanquam generationis principiis propinquis ſit genita. 2. Ratione formæ, corpus ſit animatum ſtabile, firmum, certaq; figura circumſcriptum & termino accretionis determinatum. 3. Ratione efficientis, â facultate plaſtica ſeu ipſa anima in utero ſic formatum. 4. Ratione finis ſit corpus per quod anima efficax ad agendum, id eſt functionum animæ accommodatum inſtrumentum, quo læſo ſtatim ipſæ functiones læduntur, ſalvo, illarum integritas palmam obtinet.

29. *Quænam ſunt partium impropriarum titulo inſignitæ?*

Quibus prædicta minime competunt, hiſq; perſæpe læſis, non ſtatim læditur ſanitas, minusq; functionum diſturbatur integritas; ſic & hæ

[...]næ ut plurimum ſanæ in corpore ſub
[...]morbi latitudine conſtituto depre-
[...]nenduntur; Idcirco illarum ſtructu-
[...]a, cum ſanitati, ut ſanitas, nihil
[...]conferat, nequaquam ſanitatis ſub-
[...]ectum conſtituunt, nec ſanæ, nec
[...]norboſæ conſtitutionis appellatio-
[...]nem aſciſcunt; harum in matricu-
[...]am cooptantur pili, ungues, humo-
[...]es, ſpiritus influentes, excrementa.

30. Nonne hæ perſæpe vitiant functiones?

Sic eſt, quæ functionum pertur-
[...]atio, non ideo accidit, quod hæ
[...]artes vel humores ſint læſi, vel viti-
[...]ti in ſe, ſed quod cauſæ exiſtant, &
[...]npedimento ſint parti, quo minus
[...]iam ſi ſit ſalva, functiones obire
[...]aleat debitas: tum demum functi-
[...]nes vitiari dicuntur ob errorem
[...]xternum.

31. Quomodo conferunt ſanitati, cum eam non conſtituant?

Conſtituendæ ſanitati vel conſti-

tutæ, nihil hæ conferunt partes, ejusdem essentialem cum nequaquã ingrediantur constitutionem, sed conservandæ utiles sunt: hac ratione partim suppeditant alimentum, ut humores alimentarij, partim fomentum, ut spiritus, partim tegumentum ut pili, ungues.

32. *Ergo sanitas est partium similarium sed propriarum?*

Omnino, ad has enim universa sanitatis latitudo est referenda, harum cancellis coarctanda & ad illarum temperiem, conformationem & unitatem exigenda.

33. *Quot igitur sunt summa sanitatis genera?*

Tria; quorum primum in partium similarium temperie â concordi qualitatum ἐυκρασίᾳ & συμμετρίᾳ dependente acquiescit. 2. In dissimilarium apta compositione consistit. 3. In concinna similarium & dissimilarium unitate est positum.

34. Circa primum ſanitatis genus quot ſunt notanda?

Quatuor; temperamenti, quod partium ſimilarium ſanitatem conſtituit, 1. Definitio, 2. Diviſio, 3. Modi in arte medica conſiderandi reſtrictio. 4. ſpirituum explicatio. 5. origo & principium.

35. Quid eſt temperamentum?

Temperamentum eſt qualitas, ex legitima primarum & occultarum ϲυμμετρίᾳ in parte ſimilari orta, ad functiones recte obeundas neceſſaria.

36. Quotuplex eſt temperamentum?

Duplex. 1. Primarum ſeu manifeſtarum, 2. Occultarum qualitatum.

37. Quotuplex eſt temperamentum primarum?

Duplex. 1. ad pondus, quod eſt qualitas ex æquali primarum concurſu orta: 2. ad juſtitiam, quod eſt qualitas in qua inæqualis primarum

est temperatura, & altera alteram excedit, ita tamen ut suum cuique tribuatur.

38. *Quotuplex est ad justitiam?*

Duplex. 1. Simplex in quo una tantum qualitas excedit, reliquæ sunt æquales. 2. Compositum, in quo duæ qualitates suas contrarias superant.

39. *Vtriusque quot sunt species?*

Quatuor simplicis sunt, calidum, frigidum, humidum, siccum. Compositi sunt, calidum & siccum, calidum & humidum, frigidum & siccum, frigidum & humidum.

40. *Hæc hominis temperies unde orta est?*

Ratione manifestarum qualitatum ab elementis, calido innato & spiritu influente; ratione occultarum ab anima, vel tota ut loquuntur Medici, substantia.

41. *Tem-*

41. Temperies nè manifeſtarum triplicè nititur principio?

Sic eſt, quorum primum ponunt elementa, quæ tanquam corporis noſtri principia generationis remota, alterata, ad mutuam concordantiam reducta & unita, ſimpliciter miſti corporis temperamentum introducunt, in cadavere demortui hominis quod adhuc reliquum, unicaque cauſa, quo minus in ſua ſtatim generationis primordia redigatur, exiſtit.

42. *Quod eſt ſecundum?*

Calidum innatum fibris & villis ſimilarium, quo temperies corporis ſimpliciter miſti, adeo exaltatur, & augetur, ut corpori viventi propria evadat.

43. *Quod eſt tertium?*

Spiritus influens, & quidem vitalis, qui in ſiniſtro cordis ſinu genitus, toti diſtribuitur corpori, ejusq; temperamentum ultrò citróq; firmat,

mat, excitat, fovet, ac ne ſubito diſcutiatur, prohibet.

44. *Præter hæc corporis noſtri principia, ſuntnè adhuc alia?*

Maxime. In univerſum enim quadruplicia corporis humani deprehenduntur. 1. generationis quæ ſunt remota, ut elementa, & propinqua ſemen & ſanguis maternus. 2. Conſtitutionis, partes ſimilares & diſſimilares. 3. Conſervationis humores alimentarij & ſpiritus influentes. 4. Vitale, calidum inſitum.

45. *Nonne de his agit phyſiologicus?*

Omuino, ea tamen lege, quatenus ſanitati conferunt, adq; ejus eſſentiam vel exiſtentiam neceſſario requiruntur.

46. *Ergo & de Elementis tantum eo reſpectu agendum?*

Maxime, pro ut ad productionem concurrunt temperamenti, in quo primum ſanitatis genus conſiſtit; circa hujus enim differentiarum diſcre-

discrepantiam in distinctis partibus sensibus obviam, semper recurrimus ad ipsa principia, unde hæ sunt profectæ.

47. *Vnde qualitatum & elementorum plenior sumenda cognitio?*

Ex physica, in qua, non in arte medica considerandum quid, quot sunt elementa & qualitates, an sint corpora levia an gravia, omnia aut quædam integra aut fracta mixtum ingrediantur, quæ in quovis dominetur qualitas, quæ activa, passiva, prima, secunda, valida quæ infirma, an omnes, an nonnullæ ad mixti productionem concurrant.

48. *Quomodo ultrò horum principiorum respectu dividitur temperies?*

1. In insitam, quæ tum ex elementis, tum calidi innati concursu producta, â primo generationis ortu singulis inhæret partibns. 2. Influentem, quæ spiritum vitàlem, inq;

totum ejusq; partes universas influentem sui agnoscit causam.

49. *Quid est calidum innatum?*

Substantia aërea, calida, singulisve corporis partibus in prima conformatione ex semine & sanguine materno ingenerata: alias nuncupatur humidum radicale, calidum insitum, primogenium, nativum, spiritus insitus.

50. *Cur dicebas spiritum vitalem?*

Ad differentiam spiritus animalis & naturalis, qui nihil conferunt temperamento.

51. *Sed quid est spiritus influens;*

Est substantia aërea in cerebro, epate, & sinistro cordis ventriculo genita, dehinc ad debitas corporis partes ablegata.

52. *Quid est spiritus naturalis?*

Est substantia aërea ex sanguinis parte tenuiori; in epate genita, vitalis spiritus generationi omniumve corpo-

corporis partium nutritioni inſerviens.

53. Quid eſt ſpiritus vitalis?

Subſtantia aërea, ex ſpiritu naturali, optima ſanguinis parte & aëre in ſiniſtro cordis ſinu genita, nativi caloris & animalis ſpiritus conſervationi inſerviens.

54. Quid eſt ſpiritus animalis?

Subſtantia aërea ex ſpiritu vitali & aëre in cerebro genita facultatis animalis operationi inſerviens.

55. Quid eſt partium diſsimilarium conſtitutio?

Diſpoſitio ex legitimo ſimilarium concurſu introducta, qua eædem functiones ſibi competentes abſq; moleſtia obire poſſunt,

56. Circa hanc quot ſunt notanda?

Quatuor. 1. partium componentium debitus numerus. 2. definita earum magnitudo. 3. decens conformatio. 4. proprius locus.

57. Nu-

57. *Numerus, magnitudo & locus quomodo se habent?*

Cum pars organica neq; in numero, neq; magnitudine partium componentium seu similarium excedit aut deficit, tandemq; quævis tum similaris, tum ipsa pars organica, debito suo collocatur loco, nullamq; vitiosam vel disjunctionem, vel connexionem patitur.

58. *Circa organicæ conformationem quot sunt necessaria?*

Tria. 1. Conveniens partis figura, 2. Cavitatum ac meatuum debita dispositio. 3. Decens superficiei constitutio.

59. *Quid intelligis per figuram, cavitates & superficiem?*

Per figuram externam formam, quæ vel recta, vel obliqua, curva vel transversa; ad superficiei constitutionem refertur lævitas vel asperitas; meatus vel cavitates comprehendunt internarum partium meatus, per

er quos aliquid defertur, & sinus
n quibus aliquid continetur.

60. Quæ est tertia sanitatis differentia?

Unitas, cum partium similarium,
um dissimilarium, quâ utræq; sunt
doneæ ad debitas functiones obe-
ndas.

61. Quomodo fit in similaribus hæc unitas?

In similaribus singulæ partes, non
issimiles, sed sibi similes adeo sunt
nitæ ut continua serie, & absq; ullo
ntervallo totum aliquod constitu-
nt ut in cute, nervis & venis videre
cet.

62. Quomodo in dissimilaribus?

In his partes dissimilares sub tali
orma coeunt, qua sibi invicem co-
ærent continuè, adeò, ut salva cu-
usq; figura, minime solvi possint,
t cutis, caro, ossa, panniculus car-
osus unum continuum constitu-
nt.

63. Quomodo differt hæc â differentia ſanitatis quæ in compoſitione acquieſcit?

In quarta differentia quæ ad ſecundam claſſem refertur, & compoſitio ſimilarium eſt dicta, partes non continuo, ſed contiguo cohærent, adeo ut abſq; læſione & diſſectione eædem ſolvi & disjungi poſſint: unde hæc contiguitatis, altera continuitatis dicitur, ut palpebræ oculis, dura mater cerebro, inteſtinis peritonæum, cor pericardio cohæret.

64. Nonne quævis declinatio ab hiſce ſanitatis differentijs eſt morbus?

Non, niſi ſit præter naturam cum moleſtia, dolore, & ſenſibili vitio conjuncta, debitarum functionum læſionem introducat, variæ enim ſunt ſanitatis differentiæ, ſecundum magis & minus diſtantes, ad quarum nutum & variant actiones.

65. Velim id explices exemplo?

Hic. v. g. alterum vel linguæ volubilitate, pedum celeritate, ingenij acumine vel corporis agilitate superat; Uterq; eas præstat operationes quas præsens corporis constitutio ini permittit, qui alterum constitutione excellit, excellentiores; alter vero minus excellentes, cum ejus constitutio tales, nec perfectiores requirat, non tamen laborat.

66. Quot a Galeno constituuntur sanitatis differentiæ?

Tres: sanitas. 1. alia est boni habitus exacta & perfecta; quæ tribuitur corpori insigne actionum robur præ se ferenti; 2. καθ᾽ ἕξιν secundum habitum, quæ quidem non optima, id tamen propter suum robur corpori firmius inhæret, nec facile cedit oppugnanti. 3. κατὰ σχέσιν secundum affectionem non quidem morbidam, sed in eos pronam.

67. Num-

67. *Numne adhuc aliæ dantur differentiæ?*

Maxime, quælibet enim pro ratione individuorum, ætatis, ſexus, aut alterius reſpectu ſuos habet gradus & differentias, non quidem ſpecie, ſed κατ᾽ ἧττον καὶ μᾶλλον ſecundum magis & minus, diſtantes.

68. *Nonne hæ poſſunt referri ad prædicta ſanitatis genera?*

Omnino: quælibet enim hiſce tribus & reliquis generibus corpus vel exacte, vel in habitu, vel in certa ſcheſi ſanum conſtituere potis eſt, ut in eo, ceu modo dictum, gradu duntaxat ſine moleſtia ſuſcipiat functiones, quem quævis harum ſuadet, requirit, & permittit.

DISPV-

DISPVTATIONVM Medicarum TERTIA.

DE FUNCTIONIBUS CORPORIS HUMANI:

Respondente

IOH. CUNRAD. ROTH/ Lavingano, Neo-Palatino.

1. *Cur Medicus agit de his?*

OB perfectiorem Sanitatis cognitionem: hæ ſiquidem infallibile ſunt conſtitutionis partium naturalis ſignum; utpote quæ ab eadem proximè dependent, ac prout corporis conſtitutio eſt conſtituta: ita & functiones, eam quæ ſequuntur, ſe habent.

2. *Quomodo Medici diſtinguunt corporis functiones?*

Secundùm tres Animæ principes facul-

facultates, in Naturales, Vitales, & Animales.

3. *Quæ ſunt primariæ ſedes harum facultatum?*

Tres illæ principales corporis humani partes, Cerebrum, Cor, Epar.

4. *Quæ dicuntur functiones naturales?*

Quæ à facultate naturali, ejusq; primariis potentiis, Altrice, Auctrice, Generatice, dependent.

5. *Quodnam eſt officium harum trium potentiarum?*

Altrix alimentum in ſubſtantiam corporis nutriendi convertit, & id quod abſumtum reſtituit: Auctrix corpus ad debitam ἀκμὴν ſeu quantitatem extendit: Generatrix ſpeciei procreationem procurat.

6. *Quot ſunt harum miniſtræ?*

Quatuor. 1. Attractrix, quæ per fibras rectas, 2. Retentrix quæ per fibras obliquas, 3. Expultrix, quæ per fibras tranſverſas, 4. Concoctrix,

trix, quæ per calorem ſuas ex ſerit
perationes.

7. *Ad Altricem quæ referuntur?*

Concoctrix, quæ duplicem in
rpore concoctionem ſuſcipit, 1.
ublicam, quæ fit in gratiam & ſu-
entationem ſingulorum membro-
um, 2. privatam, quæ fit in ſingu-
s partibus, ubi jam ſanguis actu fit
utrimentum, dum in partis nutri-
ndæ ſubſtantiam convertitur.

8. *Quotuplex eſt publica Concoctio?*

Duplex, 1. Chylificatio, qua in
entriculo cibus mutatur in chy-
m, qui eſt quaſi alimentum: 2.
nguificatio, qua ex chylo in epate
nguis generatur, qui eſt futurum
imentum, quod per venas ſingulis
rporis partibus diſtributum tan-
em ipſo actu fit nutrimentum.

9. *Ergò triplex erit Alimentum?*

Sic eſt: pro ratione triplicis con-
ctionis triplex conficitur alimen-
um; in prima ſeu ventriculo quaſi
alimen-

alimentum, in epate futurum alimentum, & in singulis partibus actu nutrimentum.

10. *Sed quomodo fit actu nutrimentum?*

Primùm mutatur in humorem innatum. 2. in rorem. 3. in gluten. 4. in cambium.

11. *Velim mihi hoc explices clariùs?*

1. Sanguis ex epate per venas parti communicatur, alteratur, in carnosis fit rubeus, in spermaticis albus; sic mutatus dicitur humor innatus. 2. Roris instar in singulas particulas nutriendas diffunditur: 3. ulteriori concoctione, lentore assumpto fit glutē, quo magis adponatur. 4. tandem in substantiam partis abit, & cambij nomine venit.

12. *Quot sunt differentiæ Sanguinis alimentarij?*

Quatuor: 1. optimus, qui calidus & humidus. 2. biliosus, qui cali-

alidus & ſiccus. 3. pituitoſus, qui
umidus & frigidus. 4. melancho-
cus, qui frigidus & ſiccus.

13. *Quæ præterea circa ſanguinem notanda?*

1. Sanguis alius eſt arterioſus,
ui in corde; alius venoſus, qui in
pate generatur. 2. Humores in cor-
ore alij ſunt primarij, in quæſtione
2. poſiti; alij ſecundarij, qui itidem
int quatuor, ut: humor innatus,
os, gluten, cambium.

4. *In qualibet concoctione quotuplicia ſunt notanda?*

Duplicia: 1. Subſtantia utilis,
uæ ſuprà triplex conſtituebat ali-
nentum, unde alimentaria eſt dicta.
. Excrementitia.

5. *In prima concoctione quotuplex eſt Excrementum?*

Duplex: 1. Craſſum, fæces alvi,
er eandem quæ excernuntur. 2.
enue & fluidum, quod chylum flui-
diorem

diorem reddit, ὄχημα τροφῆς, vehiculum nutrimenti dictum.

16. *Quæ sunt excrementa secundæ concoctionis?*

1. Bilis utraque, flava videlicet & atra: quarum flavæ receptaculum est vesicula fellis: atra verò à liene attrahitur. 2. Serosus humor, qui unà cum bile flava per venas emulgentes renum & ureteres ad vesicam urinariam defertur ipsamque Urinæ constitutionem ingreditur.

17. *Quid est Vrina?*

Urina est humor ex sero sanguinis, bile flava & crudiori nutrimenti portione genitus, renum & ureterum beneficio in vesica urinaria collectus, per ejusdem ductum, quantitate debita, tempore oportuno, odore naturali, & colore citrino ullo absq; molestia excretus.

18. *Quotuplicia circa Vrinam notanda?*

Duplicia: Substantialia & Accidentalia:

entalia: quorum illa partim consti-
uentia, partim promoventia, par-
m expellentia: hæc colorem, odo-
em, quantitatem, tempus, & excre-
onis modum designant.

9. *Quæ sunt constituentia Vrinam?*

Serum sanguinis, bilis flava, &
ortio alimenti crudior, quæ tan-
uam succus ob spretam sui conco-
ionem ad partes nutriendas inuti-
s, unà cum sanguinis sero & bile
ava ad renes, hinc per ureteres ad
esicam ablegatur urinariam, inq;
nissa contentum naturale consti-
uit.

20. *Hoc contentum naturale quo-
tuplex est?*

Triplex, idq; ratione situs tot mo-
s variantis: hoc si supremam &
timam urinæ petit superficiem,
έλη nubecula: in media, si adspe-
ui se obferat nostro, matulæ regio-
, ἐναιώρημα suspensum; sin verò

fundum premat, ὑπόστασις sedimentum vel subsidentia nuncupatur.

21. *Quæ causæ situs discrepantis Contenti?*

1. Contenti consistentia: hoc enim quò tenuius, eò magis attollitur, quò crassius, eò magis fundum matulæ petit. 2. Calor partium urinæ generationi, promotioni & expulsioni consecratarum; hic quò major, eò magis quoq; hunc succum à reliquo humore, & spiritu in eo contento, segregat, crassioremvè ejus partem in fundum matulæ deponit: quò minor hic verò existit calor, eò parcior horum fit segregatio; sic ob spiritum contentum materies in majori copia in media & suprema matulæ regione est conspicua.

22. *Quid triplicia hæc contenta notant?*

Nubecula concoctionem levem ob caloris infirmitatem; suspensum mediam caloris quam promovet incremen-

crementum majus: ſubſidentia perfectam, à calore nativo & optimo profectam.

23. *Quæ ſunt promoventia?*

Renes & Ureteres: quorum illi prædictam materiam ex qua, unà cum ſanguine ad ſui nutritionem adcommodato attrahunt, attractam nutrimento ſeparant, ſeparatam tandem ureteres ad veſicam, tanquam ad debitum & à natura deſtinatum lotij receptaculum deferunt.

24. *Quæ ſunt expellentia?*

Veſica urinaria cum ſuo ductu: illa à natura corpori eſt tributa, ut lotium certum haberet receptaculum, in quo primùm collectum, & perfectionem conſequeretur debitum, & unica vice tandem abſque moleſtia & functionum impedimento excerneretur.

25. *Circa Accidentalia urinæ ſanorum quæ notanda?*

1. Color citrinus ſeu ſubflavus, à

nativo calore & debita bilis flavæ quantitate productus; 2. Odor non fœtidus, sed naturalis. 3. Sedimenti æqualitas. 4. Quantitas correspondens potulentis. 5. Excretio facilis, opportuna, absq; strepitu, stillicidio aut dolore.

26. *Quotuplex est excrementum tertiæ concoctionis?*

Duplex: 1. Crassum, ut sordes oculorum, aurium, narium, &c. 2. Tenue, quod per insensilem transpirationem seu sudorem evacuatur.

27. *Quid est Augmentatio?*

Est majoris quantitatis partium corporis viventis acquisitio, à facultate Animæ naturali facta.

28. *Hæcnè per totam vitam durat?*

Minimè; sed certam respicit ἀκμὴν, id est, definitum ætatis terminum, qui vulgò consistens ætas dicitur.

29. *Cur dicitur consistens Aetas?*

Quia certi Ætatis sunt gradus, quorum primus est Infantia, quæ terminatur, 7. anno. Secundus Pueritia, quæ 14. Tertius Adolescentia, quæ, 25. Quartus Juventus, quam finit 35. Quintus Consistens, usq; ad 47. quæ excurrit. Sextus Senectus, qui morte terminatur.

30. *Circa Auctionem quæ notanda?*

Tria: 1. Pars & totum simul augentur. 2. Auctio fit ex materia extrinsecus accedente. 3. Auctum idem numero ante & post auctionem manet.

31. *Cui inservit Generatio?*

Speciei humanę procreationi, seu fœtus generationi, circa quam, 1. Conceptio. 2. Formatio. 3. Ipse partus consideranda veniunt.

32. *Quæ respicit Conceptio?*

Duo potissimùm: 1. Principia generationis, sine quibus conce-

 ptio

ptio fieri nequit. 2. Tempus conceptionis.

33. Quotuplicia sunt Generationis principia?

Triplicia: 1. Materialia, ut Semen & Sanguis maternus. 2. Efficiens, Mas & Fœmina. 3. Instrumenta seu Organa; in Mare testes, vasa seminaria, præparantia & deferéntia, penis: in Fœmina vasa seminaria utraque, testes, uterus seu matrix, cervix uteri vel sinus pudoris.

34. Quid est Semen?

Est corpus animatum, spirituosum, calidum & humidum, in testibus genitum, ad similis animalis generationem necessarium.

35. Quæ requirit tempus conceptionis?

1. Seminis immissionem. 2. receptionem. 3. retentionem; cùm enim semina immittantur, retineantur & foveantur, fit conceptio.

36. Cir-

36. Circa formationem quot sunt notanda?

Duo: 1. Tempus, quo & inchoatur & absolvitur hæc formatio. 2. Ordo partium formandarum.

37. Quæ attendit tempus formationis?

1. Formationem fœtus rudem, quæ fit à conceptu, & durat usq; ad motum. 2. Exornationem, quæ incipit à motu tertio mense in masculis, quarto in fæminis, & durat usq; ad partum; quo exornationis tempore singula membra rectiùs formantur.

38. In Partu quot notanda?

Duo: 1. Tempus legitimi partus, quod, 9. &, 10. mensis censetur. 2. Causæ impellentes & promoventes partum.

39. Quæ sunt illæ causæ?

1. Fœtus magnitudo. 2. Loci angustia. 3. Alimenti defectus. 4.

Expultricis irritatio. 5. Conatus parturientis voluntarius.

40. *Quæ dicuntur functiones Vitales?*

Quæ à facultate vitali ministerio cordis proveniunt, quales ſunt, 1. Spiritus vitalis & ſanguinis arterioſi generatio. 2. Pulſus. 3. Affectuum concitatio.

41. *Quid eſt Pulſus?*

Eſt motus cordis & arteriarum à vi pulſifica per ſyſtolen & diaſtolen, ob ſanguinis arterioſi & ſpiritus vitalis generationem, eorumdemvè diſtributionem excitatus.

42. *Quotuplex eſt pulſus?*

Triplex: 1. Naturalis. 2. Non-naturalis. 3. Præternaturalis?

43. *Qui dicitur naturalis?*

Qui cuivis individuo à natura ineſt, & variat ſecundùm temperamentum, ætatem & ſexum.

44. *Qui eſt non-naturalis?*

A non naturalibus qui proficiſcitur

r rebus; ita tamen, ut corpus actu
on laboret, ut videre & cognoſce-
licet in illis, qui movent corpora,
oum aſſumunt, balneum intrant,
aëre degunt calido, frigido; gau-
s corporis, & animi oblectatio-
ous indulgent.

Præternaturalis qui nuncupatur?

Qui à rerum naturalium ac p. n.
ceſſu, defectu, inſultu infenſiſſimo
roducitur: de quo infrà, de Ægro-
rum pulſu, plura.

46. *Variantnè ſanorum pulſus naturales?*

Omninò, idq; vel ratione tempe-
menti, à primo noſtræ generatio-
ortu, corpus quo adornatum hu-
num, exoptata fruitur ſanitate:
reſpectu ætatis & annorum, quos
int decurſus: vel beneficio ſexus,
ieri qui datus humano, omnibus
n in hominum matriculam coo-
tis, tùm ſanorum titulo notatis,
npetit & rectè tribuitur.

47. *Estnè in omnibus, idem Temperamentum, subjectis?*

Non; distincta siquidem subjecta distinctas agnoscunt temperiei species: hinc in hoc calidum & humidum, in alio calidum & siccum prædominium obtinet: Huic frigidum cum humido, illi frigidum cum sicco à natura est datum ac ingenitum.

48. *Calidi & humidi quem producunt pulsum?*

1. Magnum, ob caloris prædominantis, virtutis excellentis, usuśq; necessarii efficaciam, arteria quæ valdè distenditur, & ita dilatatur, comprimentis ut digitos leviter applicatos quadantenus repellat. 2. Celerem, quo calor cordis arteriarumvè citò contemperatur, & excrementa educuntur fuliginosa. 3. Mollem, arteriæ mollitiem, humidam quam causatur constitutio, qui spectat & insequitur.

49. *Calidi*

49. *Calidi & sicci quas agnoscunt pulsuum naturalium differentias;*

1. Durum, siccitatem arteriæ qui præ se fert naturalem. 2. Frequentem seu crebrum, brevi qui interposita quiete vel interna vel externa perficitur; & id quidem propter modò dictam arteriæ siccitatem, impedientem quò minus illa vel validè ut in magno, vel diu, attollatur.

50. *Frigidis & humidis quinam competit pulsus?*

1. Parvus, ob caloris & virtuti, debilitatem. 2. Celer. quo virtutis defectum compensat natura, & usus aucto, excrementorum expulsionem spectanti, satisfacit. 3. Mollis, cum humida corporis constitutio arteriæ introduxerit mollitiem.

51. *Frigidis & siccis quæ tribuendæ pulsus differentiæ?*

1. Durus, propter siccam corpo-

ris & arteriarum conſtitutionem. 2. Parvus, ſui qui cauſam agnoſcit calorem debilem & virtutem languidam. 3. Frequens, quem admittit arteriæ ſiccitas, & excrementorum expellendorum efflagitat neceſſitas.

52. *Sexui quæ pulſus ſpecies competunt?*

Sexui fœmineo minores, debiliores, celeriores, quàm maſculino communiter attribuunt; cùm Viri calore, virtute, & functionum agilitate ac promtitudine fœminas longè ſuperent.

53. *Quomodo variant pulſus naturales ætatis reſpectu?*

Pro ratione graduum ætatis diſtinctorum, diſtinctæ in ſubjectis deprehenduntur pulſuum differentiæ: in Pueris debilis, celer, mollis; in Adoleſcentibus ſenſim magni & celeris naturam induit; in Juvenibus, & conſiſtente donatis ætate magnus, & vehemens primas tenent:

Seni-

Senibus parvi, debiles & rari sunt
dicati & quasi proprii.

54. *Quæ dicuntur functiones Animales?*

Ab animali animę humanæ facultate suam quæ dependentiam habent; reliquas cùm Naturalis, tùm Vitalis facultatum functiones optima sui parte longo intervallo superant, Hominem brutis ac purè naturalibus unicè præferendum adumbrant, rerum admirabilium, divinarum & æternarum in contemplationem deducunt, illicitæ deliciarum voluptati deditum corrigunt, & immensis laborum cumulis defatigatum reficiunt, recreant & erigunt.

55. *Quotuplices sunt illæ functiones?*

Triplices: 1. Sensitivæ. 2. Locomotivæ. 3. Intellectivæ: quarum in naturam diligentiùs inquirenti, primo quasi insultu, per quàm plurimæ occurrunt aliæ, huc necessariò referendæ, & triplicis hujus generis amplitu-

plitudine atque cancellis circumſcriptæ.

56. Quænam dicuntur functiones ſenſitivæ?

A ſenſibus cùm internis tùm externis proximè quę fluunt, tanquam facultatibus animæ ſentientis individuis, quæ accommodatis organis, medijs, & objectis ſui in conſortium adſcitis, eaſdem omni relegata moleſtia, producunt.

57. Senſus nonnè unius tantùm ſunt generis?

Nequaquam; alij ſiquidem Externi indigitantur, forinſecùs quòd illorum operationes ſint conſpicuæ, externa requirant objecta, & organa, oculos cuivis obvios feriant noſtros; hos conſtituunt Viſus, Auditus, Olfactus, Animali τοῦ εὖ εἶναι, benè vivendi gratia dati; & Guſtus, & Tactus, τοῦ εἶναι ἕνεκα, vivendi gratia conceſſi, ſine quibus animal vivere minimè poteſt: alij Interni, ſic

ſic dicti ob rationes prædictis contrarias, qui Senſus communis, Phantaſiæ & Memoriæ nomine veniunt.

58. *Quæ à ſenſibus externis proficiſcuntur functiones?*

Viſio, Auditio, Odoris, Saporis, & Tactilium qualitatum perceptio: circa quas functionum productiones inſuper & eæ ſunt notandæ operationes, organiquæ inſequuntur integritatem, & ad prædictas primarias, àq; ſenſibus profectas maximè ſunt neceſſariæ.

59. *Internorum ſenſuum quænam ſunt functiones?*

Communis externorum objecta cognoſcit, diſtinguit, ſpecies ſenſibiles ab externis recipit, & reliquis ſenſibus cōmunicat internis: phantaſia ſpecies ſenſibiles à communi receptas & formatas diutiùs retinet, ac diligentiùs examinat: Memoria à phantaſia cognitas recipit ſpecies ſenſi-

ſenſibiles, eas reſervat, & cùm opus, viciſſim reponit.

60. *Quot ſunt actus Memoriæ?*

Duo: 1. Rei cognitæ ac iteratæ apprehenſio. 2. Reminiſcentia, qua rerum aſſervatarum ac receptarum reminiſcimur, eas vel nobiſcum tacitè repetimus, vel ne prorſus oblivioni conſecrentur, viciſſim reponimus.

61. *Quæ ſunt ſenſuum internorum Affectiones & Organa?*

Organum id duplex aliàs notatur, propinquum Cerebrum; remotum Cor: Affectionum titulo inſigniuntur Somnus & Vigiliæ.

62. *Quid eſt Somnus?*

Eſt ceſſatio ſenſus & motus animalis, à ſpirituum animalium influxu impedito, per vapores Cerebrum infeſtantes, virium reficiendarum gratia facta.

63. *Quid eſt Quies?*

Eſt privatio ſomni, ſeu eſt ἐνέργεια ac

c operatio primi ſenſorii & ſenſu-
m continua.

64. *Quomodo fit ſomnus?*

Ut producatur ſomnus, 5. potiſ-
imùm requiruntur: partialis ſpiri-
uum animalium abſumptio. 2. ab-
umptorum reparatio, 3. vaporum
xhalatio. 4. illorum ad cerebrum
ſcenſio. 5. meatuum obſeſſio.

65. *Quænam dicuntur functiones Locomotivæ?*

Quæ à facultate animæ locomo-
iva ſuam dependentiam habent,
onſiſtunt autem hæ in motu ani-
nali, quo aut totum animal, aut ejus
partes de loco in locum moventur.

66. *Omnemnè locomoventis operationem præcedit Appetitus?*

Omninò, cùm functionibus à lo-
comotiva profectis, non niſi ſuſci-
piatur executio appetitus, ſubje-
ctum quo vel ad jucundi expetitio-
nem, vel moleſti fugam excitabatur;
& ea

& ea de causa communiter ad hanc refertur facultatem.

67. Appetitus quotuplex?

Duplex: 1. irrationalis, qui neglecto rectæ rationis ductu, cùm hominem, tum bruta ad jucundi expetitionem, & molesti fugam impellit. 2. rationalis, quo impellente homo, cui soli tribuitur, tantùm quod recta ratio suadet, vel expetendum, vel fugiendum, appetit.

68. *Circa Appetitum quæ sunt notanda irrationalem?*

Duo: 1. subjectum, quod jucundi & molesti nomine venit. 2. Appetitus divisio, qua in Concupiscendi & Irascendi appetitum dividitur: Concupiscendi ductu ferimur in jucundi ac voluptatum fruitionem; Irascendi impetu, dolorem & molestiam creantibus irascimur, ea omnibus modis fugimus, & horum contrariorum expetitionem fore meliorem statuimus.

69. *Intelligens quomodo dividitur?*

1. In intellectum, qui est potentia animæ rationalis, qua intelligibilia cognoscimus, & rectè de ijs judicamus. 2. in Voluntatem, quæ est potentia animæ rationalis, qua bona, vel mala ab intellectu rectè cognita vel fugimus, vel expetimus & prosequimur.

DISPUTATIONUM Medicarum
QUARTA.
DE
DIAETA
Respondente
PETRO CORNEFFERO
Merckendorffensi Franco.

1. *Quodnam est verum conservandæ sanitatis medium?*

DIÆTA, id est, accommoda & certa vivendi ratio, quæ in salutari

lutari ſex rerum non naturalium uſu conſiſtit, quo hominis ſanitas præſens ac integra fovetur, firmáq; corporis conſtitutio contra imminentia mala defenditur ac conſervatur.

2. Nonnè διαιτητικὴ circa corpus ſanum in eodem gradu verſatur?

Nequaquam: ſanum enim corpus, teſte Galeno, eſt triplex. 1. ἐυεκτικὸν exactè & perfectè ſanum 2. καθ' ἕξιν in habitu, ſed inculpato non autem perfectè ſanum. 3. κατὰ σχέσιν in habitudine ſolum & non ſatis firmum.

3. Quomodo harum differentiarum reſpectu nuncupatur διαιτητική.

Si circa ἐυεκτικὸν eſt occupata ἐυεκτικὴ ſalutaris, ſi circa corpus καθ' ἕξιν, ὑγιεινὴ in ſpecie, ſi circa non ſatis firmum, ſeu κατὰ σχέσιν ἀνατρεπτικὴ refectrix appellatur.

4. *Quo-*

4. *Quotuplex est refectrix?*

Duplex. 1. προφυλακτικὴ, quæ corpori proſpicit, non ita firmo, ſed à natura ita producto, ut & illi quod it in ſtatu decidentiæ, idem in mo[...] ad morbum, idq; contra morbi impetum & inclementiam defendit. [...] ἀναλυμτικὴ, quæ corpori in ſtatu convaleſcentiæ ſuccurrit, eiq; priſtinam ſanitatem reſtituit.

5. *Ad quam refertur γεϱωκομικὴ & ἐπανωϱθοτικὴ.*

Ad προφυλατικὴν, utraq; enim corpus ad morbos propenſum præſervat, illa curam agit ſenum, qui alias perfacilè offendi poſſunt: hæc verò membrorum debilium morbo nondum detentorum, ut in pueris ac infantibus conſpicuum, refectionem & conſervationem procurat.

6. *Quibus hæc omnia commodè præſtari poſſunt?*

Sex rerum non naturalium legitimo ac debito uſu: quæ ſunt Aër, cibus

cibus & potus, motus & quies somnus & vigiliæ, excreta & retenta, animi παθήματα.

7. *Cur dicuntur res non naturales?*

Non eo respectu, quasi non forent ex numero, aut omninò ad rerum naturalium classem non possent referri: sed ratione tùm partium jam actu corpus constituentium, tùm rerum p. n. hisce contrariarum.

8. *Quæ sunt illæ partes?*

Similares & dissimilares, quarum vices hæ sex res non naturales in corpore humano nequaquam sustinent, multò minùs illarum titulo dignantur.

9. *Nonne simul referendæ ad præternaturalem?*

Minimè, res siquidem p. n. corpori ejusve constributioni contrariantur, eamq; variis & mille modis impugnando miserè pervertunt, ac nisi ijs tempestivè occurrat medicus omni-

mninò corrumpunt ac destituunt:
cus se habent res non naturales,
eluti quæ legitimo suo usu, causæ
nitatem non impugnantes, sed
efendentes, non destruentes, sed
onservantes, omnium consensu
roclamantur.

10. *Aër quot modis tangit corpora nostra?*

Duobus. 1. ab extra ambiendo.
ab intra inspirando.

11. *Quid confert ambiendo?*

Sua vel ingenita vel correcta qua-
tate modò membra quæ ab extra
lidit, calefacit, refrigerat, exsiccat,
el humectat, modò penitus in po-
os cutis & occulta corporis spira-
ula se insinuat, calorem debilem re-
cit, refectum pristino statui resti-
uit, inq; eo conservet.

12. *Quid confert inspirando?*

A` pulmonibus per asperam arte-
am attractus partim per gratum
stuanti cordis calori refrigerium,
spiri-

ſpiritui per communicatam materiam fomentum vitali ſuppeditat: partim continuæ arterioſi ſanguinis generationi inſervit, inq́; pulmonibus & corde attractus, craſſa, fætida, & fuliginoſa eorundem excrementa ſecum è corpore educit & foras expellit.

13. *Vt hæc præſtare poßit, qualis eſſe debet?*

Subſtantia purus, tenuis, nullis exhalationum fætidarum inquinamentis infectus: qualitate temperatus, & cuivis ætati, temporis lociq́; ratione conveniens.

14. *Quot modis nocet aër?*

Quatuor. 1. Subſtantia, cum varijs inquinamentis infectus, impuritatem, opacitatem ac denſitatem repræſentet. 2. Qualitate, juſto calidior, frigidior, humidior, ſiccior exiſtat. 3. Quiete nimia, qua putredini locus relinquitur. 4. Motu violento,

iolento, liberam & puram respira-
onem impediente.

15. *Quomodo hæc corrigenda?*

Infectio loci mutatione, suffumi-
tione, perflatione, conclaviorum
feneſtrarum cuſtodia; caliditas
frigerantibus, frigiditas calidis,
umida ſiccantibus & ſicca hume-
antibus.

16. *Quæ in ſpecie corrigunt aërem calidum?*

Frigida ut fol: roſar:, lactucæ, ſa-
cis, nympheæ, malvæ, aqua com-
unis, roſarum, nympheæ, &c. per
onclave ſparſa & affuſa,

17. *Quæ corrigunt frigiditatem & humiditatem?*

Vapor aquæ calidæ, fumus, flam-
a ex baccis juniperi, roremarino,
aſtiche, thure, cinamomo, caryo-
hyllis, ligno aloes, ſtyrace, ladano,
vendula, majorana, ſpica, ſtæchade
abica, gallia moſchata, benzöe,
nbra.

18. *Nonne ſunt plura?*

Omnino ex his ſiquidem aliisq́ue calidis odoratis componi poſſunt pulveres, candelæ, trochiſci pro ſuffitu excitando accommodati, quę neceſſitatis tempore carbonibus injecti vel accenſi non modo humidum & frigidum; verum etiam putridis malignis, fœtidis & venenatis exhalationibus infeſtum aërem corrigunt, externasq́; corporis partes aliquo modo à frigoris inclementia ſuis exhalationibus calidis defendunt, ac cerebrum refectis ſpiritibus odoris ſuavitate inſigniter confortant.

19. *Circa cibum aſſumendum quot ſunt notanda?*

Septem. 1. ſubſtantia. 2. qualitas. 3. quantitas. 4. tempus. 5. locus. 6 ordo. 7. unde tam varia ciborum genera deſumenda.

20. *Quotuplex est cibus substantiæ ratione?*

Duplex. 1. boni succi, facilis ncoctionis, difficilis corruptionis, ulti nutrimenti, pauci excremen- ex quo deniq; sanguis laudabilis ogeneratur. 2. mali succi qui pri- i contrarius vitiosam sanguini ge- rando suppeditat materiem.

21. *Quænam cibi laudabilis nomine veniunt?*

Panis triticeus benè fermentatus in clibano coctus, caro hædina, rvecina, caprina, vitulina, pullo- m gallinaceorum, caponum, gal- narum, alaudarum, perdicum, pha- norum, turturum, pisces, saxati- s, littorales, ut perca, lucius, fun- li, nuces pineæ, pistaceæ, amygd: lc: uv: pass. oliv: castan. mala ci- a, asparag, oryza, siligo, triticum.

22. *Quænam ad mali succi ciborum classem referuntur?*

Caro porcina, leporina, bubula,

hircina, anſerina, ſalſa, fumo indurata, animalium non caſtratorum & ſeniorum, vulpinum, luporum, volucrum paluſtrium, lentes, lupini, fructus horarij, ut mala perſica, cucumeres, pepones, melones, mora, ceraſa, fraga: lac acidum, partes animalium nervoſæ, tendinoſæ, inteſtina, caſeus vetus, ova dura, & in ſartagine fricta, rapum, allium, cepæ, porrum, raphanus, piſces in ſtagnis palndibus, aquis putridis male olentibus degentes.

23. *Quinam cibus aſſumendus ratione qualitatis?*

Temperatus & qui aſſumentis naturæ, temperiei, ætati maxime eſt conveniens, conſuetus, palato & ventriculo gratus ſua caliditate calorem ventriculi inſitum fovet, frigiditate præternaturalem coercet, humiditate exſiccata membra reficit, ſiccitate nimiam humiditatem corrigit.

24. Cir-

24. *Circa assumptorum quantitatem quot notanda?*

Quinq;. 1. famis vehementia. 2. assumptorum natura. 3. ætas assumentis. 4. vitæ genus. 5. anni ratio.

25. *Quid important duæ primæ circumstantiæ?*

1. Tantum assumendum quantum famem sedat. 2. assumpta alia sunt difficilis alia facilis concoctionis in minore itaq; quantitate prima, in majori posteriora assumi possunt.

26. *Ætatis etiamne ratio habenda?*

Omnino: nec plus quam ætas hujusvè respectu ventriculi permittit calor insitus ingerendum, secus si fit cibi excessu calor obruitur, concoctio turbatur, cruditates variæ obortæ debitum coinquinant nutrimentum: nec minus quam illa requirit assumendum: ne corpus ne-

cessario destitutū nutrimento atro-
phiam pariatur, vires sensim defici-
ant, calor naturalis defectu foment
extinguatur: juxta aph: Hipp. 14
Sect: 1. Qui crescunt, plurimum
habent calidi innati: plurimo igitur
egent alimento, alioquin corpus ab
sumitur, &c.

27. *Quid denotant duæ postremæ circumstantiæ?*

1. Varia vitæ genera; plus assu-
mant corporis labori vehementior
qui sunt destinati, quam qui in ocio
degunt & animi laboribus sunt de-
tenti. 2. anni rationem describi
Hipp: aph: 15. s. 1. vere & hyeme co
piosiora alimenta sunt exhibenda
quia calor innatus est plurimus.

28. *Circa tempus assumendi quæ notanda?*

Tria hæc. 1. consuetudo. 2. fa
mis & concoctionis factæ indicium
3. laboris gravioris exercitium.

29. *Qui*

29. *Quid requirit consuetudo?*

Nequaquam ut eam negligamus, ejusq́ue ductum constanter sequamur, cibum assumamus prout consueti sumus, cum consueta alteram inducant naturam, minusq́; molestare insuetis soleant. Hipp: aph. 50. s. 2.

30. *Quid fames & concoctio denotat?*

Determinat alimentorum assumptionem specialius: nequaquam enim assumatur alimentum priori non decocto alias. 1. concoctio turbatur. 2. alimenti distributio impeditur. 3. cruditas excitatur.

31. *Exercitium laboris gravioris quid suadet?*

Ut ij qui eo utuntur pluries in die cibum capiant, quam ij qui ociosam aut minus negotiosam agunt vitam, quo eò melius labores perferre suaq́; munia obire valeant: illis non modo prandium ac salutaris est

cæna, verum etiam ientaculum atq; merenda sanè est grata & concessa.

32. Qui ordo circa assumenda est observandus?

Præmittantur. 1. liquida solidis. 2. alvum laxantia sistentibus & eandem astringentibus. 3. boni succi & facilis concoctionis suis contrarijs.

33. Vnde desumendus?

Duo sunt summa genera, quæ nobis & modo enumeratum cibum & omne alimentorum solidorum genus suppeditant, animalia & plantæ.

34. Circa animalia quæ notanda?

Tria. 1. integra animalia. 2. partes animalium. 3. quæ ab illis proveniunt hominibusque cibum præbent.

35. Quæ ad singula referuntur?

Ad primum referi omnia quæ integra præparantur, ad. 2. boves, oves, lepores, vitulos, vaccas, cervos, apros, porcos, &c. & illorum par-

partes, caput, cor, pulmones, jecur, carnes, pedes, &c. ad 3. pertinent ova, butyrum, caseus, lac, mel, &c.

36. *Quæ referuntur ad plantarum genus?*

1. Fruges, ut triticum, hord, aven. frument. panicum, mili. oryza, fab, cicer, pisa, lentes 2. olera, brassica, lact. beta, malva, 3. fructus, pyra, poma, cerasa, pruna, nuces, melones, pepones, cucumeres, castaneæ, amygdalæ, ficus, 4. radices, cæpæ, allium, raphanus, rapæ, petroselinum, &c.

37. *Vnde & harum & illorum plenior petenda tractatio?*

1. Animalium ex libris Aristotelis de histor. animal. de partib. animal. de generatione animalium. 2, herbarum, plantarum radicum, &c. ex varijs Botanicorum libris & herbarijs. 3. ex lib. Galeni de alimentorum facultatibus, de cibis boni & mali succi,

38. *Quæ sunt consueta potuum genera?*

Vinum, cerevisia, aqua & hisce potulentis maxima mortalium pars fruitur.

39. *Quodnam vinum pro potu eligendum?*

Antiquum, colore, odore, sapore, tactu, auditu gratum à sulphurea & tartarea materia repurgatum, palato jucundum, ventriculo minimè contrarium.

40. *Quænam cerevisia probanda?*

Quæ non adeò recens, bene cocta, sapore non adeò amara, citrino colore prædita, odore non molesta, & à fecibus repurgata.

41. *Quæ eligenda aqua?*

Pura, lympida, pellucida, odore, sapore assumenti non molesta & ab omni putredine aliena.

42. *Quies & motus quomodo conferunt sanitati?*

Motu corporis calor excitatur, auge-

augetur, ſpiritus agitantur, vires collapſæ reficiuntur, excrementa expelluntur, concoctio ſubſequens promovetur: quies verò intempeſtiva his omnibus obſtat, tempeſtiva manus porrigit auxiliatrices.

43. *Circa motum quæ præterea notanda?*

Quatuor. 1. loci convenientia. 2. modus. 3. ætatis conſtitutio. 4. temporis oportunitas.

44. *Quid modus & locus requirunt?*

Locus ſit purus, nullis fætidis exhalationibus refertus, umbratilis, ne ſol corpus nimium afficere valeat: modus ſervetur, ne exceſſus aut committatur defectus, moveatur corpus donec paulatim incaleſcant partes, ſudoriſque indicia appareant.

45. *Quid requirit ætas & tempus?*

1. Senibus & pueris brevior competit corporis motus quam adoleſcentibus, juvenibus & conſiſtentis

qui sunt ætatis. 2. tempus duplex annotandum. 1. Anni, hyeme longior sit motus & vehementior, æstate vero remissior. 2. diei, facta concoctione, ultimis horis ante prandium vel cænam exerceatur corpus.

46. *Quæ ponunt quartum sanitatis tuendæ requisitum?*

Somnus & vigilia, utriusq; enim est magna necessitas & utilitas in corpore humano ad conservandam sanitatem corporis præsentem.

47. *In quibus consistit illa necessitas & utilitas?*

In his maxima ex parte, vigiliæ promovent. 1. facultatis animalis functionem, 2. spirituum exuscitationem. 3. alimenti per corpus distributionem. 4. excrementorum expulsionem.

48. *Quænam est utilitas Somni?*

Somnus facit. 1. ad virium labefactarum diuturno labore refectionem. 2. alimentorum meliorem con-

concoctionem. 3. perfectiorem excrementorum præparationem, hæc tamen de moderato ſomno & vigilijs debitis intelligenda cum, ut loquitur Hipp. vigiliæ & ſomnus ſi modum exceſſerint malum, aph. 3. . 2.

49. *Quid incommodi importat vitium circa hæc?*

Immoderatus ſomnus. 1. nimium excrementorum copiam generat, hinc. 2. mentem ſenſusq́, hebetat. 3. ſpiritus obſcurat. 4. vires frangit, obruto calore crudisq́; humoribus paſſim cumulatis. Vigiliorum exceſſus. 1. corpus exſiccat. 2. ſpiritus diſſipat, 3. vires debilitat. 4. concoctionem turbat. 5. alimenti diſtributionem & excretorum expulſionem vitiat.

50. *Circa ſomnum quæ notanda?*

Tempus. 1. diei, nocturnus præferatur diurno; hic non niſi aſſuetis confert, 2. horæ; non ſtatim ſumpta

cæna

cæna cubitum eat ſanus, ſed elapſa una aut altera hora lectum petat. 3. ſpacium definitur maxime ſeptem horis. 4. poſitus, non ſtatim dorſo, ſed primum dextero, poſtmodum ſiniſtro, facta quadantenus concoctione, dormiens latere procumbat.

51. *Quodnam eſt quintum rerum non naturalium genus?*

Quod continet excreta & retenta, quorum non minor eſt neceſſitas & utilitas in conſervanda corporis noſtri ſanitate, quam prædictarum rerum non naturalium.

52. *Quotuplicia ſunt excrementa?*

Pro ratione trium concoctionum ſunt triplicia, alia enim eſt prima quæ fit in ventriculo, alia ſecunda quæ fit in epate; alia vero concoctio eſt tertia quæ fit in ſingulis corporis partibus & membris: hinc in qualibet certa generantur excrementa.

53. *Quæ*

53. *Quæ retinenda aut expellenda in quavis concoctione?*

Quæ nutritioni inserviunt & sustentationi corporis humani prosunt retinenda, huic quæ adversantur tanquam inutilia sunt expellenda.

54. *Quæ in singulis retinenda & expellenda?*

In prima concoctione retineatur chylus, expellantur fæces: in secunda bilis flava ad vesiculam fellis, atra ad lienem, serum ad vesicam urinariam ablegatur: in tertia sanguis actu fit nutrimentum, reliquæ partes inutiles crassa vel tenuia generant excrementa quæ exturbanda.

55. *Quæ præterea notanda circa excrementa?*

1. Eijcienda certo, debito & consueto tempore. 2. non intempestivè retinenda urgente natura, unde haud parum incommodi corpori alias humano oboritur, 3. consuetum ubi

ubi mutatur tempus, aut difficilis eorum fit excretio, citò & tempestivè succurrendum.

56. *Quæ sequuntur impeditam incommoda excretionem?*

Concoctionem impediunt, cruditates introducunt nutrimentum inquinant vaporib. putridis caput replent, calorem nativum supprimunt, aliaq; quam plurima symptomata & gravissimos morbos caussantur.

57. *Quodnam est sextum non naturalium genus?*

Animi παθήματα seu affectus, qui certe ingentem vim sanitatis tum conservandæ, cum profligendæ obtinent.

58. *Gaudium nonne prodest sanitati?*

Si est moderatum, si enim profusum & nimium, calorem debilitat, spiritus dissipat, vires frangit, internas partes refrigerat: ita contra

defe-

fectus ejuſdem, triſtitiam, metum,
norem, corporisq; cauſatur lan-
orem: moderatum verò ſpiritus
ficit, triſtitiam pellit, corpus ad
endum aptius reddit, idque diu-
ıs incolume & ſanum conſervat.

59. *Quid de reliquis ſtatuendum affectibus?*

Iram tanquam furorem brevem,
iſtitiam ut animi corroſorem, me-
um & timorem ceu ſanitatis, vitæq;
oſtes humanæ infenſiſſimos poſt-
onamus & fugiamus.

60. *Poſſetnè prolixior & ſpecialior rerum non naturalium ſuſcipi tractatio?*

Maximè, præcipuè earum quæ. 1.
limenta, eorumq; facultates con-
ernunt; 2. infantum, puerorum,
ravidarum, ſenum conſervationem
c ſuſtentationem ſanè neceſſariam,
pectant. Verum cum de his paſſim
pud alios quoq; actum fuerit, &
æc noſtra tractatio ſaltē ſynoptica
eſſe

esse debeat, generali hac præceptione contenti, reliqua silentio hac vice involvimus.

DISPUTATIONUM Medicarum QUINTA. DE MORBIS,

Respondente

GODOFREDO MACHFREDO SILESIO.

1. *Quid est morbus?*

MOrbus est dispositio præter naturalis partium corporis humani propriarum, qua eædem ineptæ redduntur ad debitas functiones obeundas.

2. *Qualem hic intelligis dispositionem?*

Accidentalem constitutionem

se-

ſed p. n. quam Galenus appellat διάθεσιν παρὰ τὴν φύσιν ἐφ' ἧ ἡ ἐνέργεια βλαπ]εταὶ diſpoſitionem p. n. qua & per quam functio læditur. de diff. ſympt. c.1.

3. *Differuntne conſtitutio præter & contra naturam?*

Sciendum harum vocum duplicem dari conſiderationem Phyſicam & Medicam; phyſicè conſideratæ maximè à ſe invicem diſtant, cum aliud ſit naturale, aliud præternaturale, aliud contra naturam, aliud ſupra naturam, medicâ verò conſideratione pro eodem accipiuntur.

4. *Quænam ex his appellatio eſt uſitatior?*

Præter naturam, quæ omnem declinationem denotat in corpore humano ab eo, quod eſt ſecundum naturam, ſive eidem vim infert nec ne: Hinc Hippocrates, Galenus & alij haud infimi ſubſellij medici p. n. Fernelius contra naturam morbum

eſſe

esse voluit, quæ tamen ad idem recurrunt, ut ipsemet postmodum Fernelius (a) fatetur his verbis: Quod igitur contra naturam idem est atq; p. n. actionem lædens (a) de diff. morb: l. 1, c. 2.

5. Qualis in definitione exprimitur materia?

In qua, quæ & subjectum inhæsionis nuncupatur, est idem cum subjecto sanitatis videlicet corpus humanum, cum contraria idem agnoscant subjectum.

6. Estne corpus secundum omnes partes subjectum morbi?

Non, nisi velis partem in specialiori significatione acceptam, & à Fernelio (b) eruditè definitam his verbis: pars est corpus toti cohærens, communiq; vitæ conjunctum, & ad illius functionem usumvè comparatum. (b) l. 2. de element. c. 2.

7. *Ali-*

7. *Aliternè accipitur partis vocabulum?*

Imò, & quidem generaliter, quo
pectu omne id, in quod totum
rpus magnitudine præditum sub-
vidi poteſt, ut medullam, adipem,
men, lac, fel, excrementa, pilos,
iritus, humores, caput, pectus, ma-
s, pedes, &c. comprehendit Ariſt.
hiſt: animal; c. 1.

8. *Ergò in Spiritibus nullus datur morbus?*

Prout influunt, ipſis, morbus mi-
mè competit, ſed prout in mem-
is determinantur, & cùm calido
nato permiſti, ipſum organon,
nquam partes, ſimplicia & com-
unia elementa ſeu inſtrumenta
nà cum reliquis conſtituunt.

9. *Habetnè morbus cauſam finalem?*

Finalis cauſa. 1. Accipitur pro
onitate rei, cujus gratiâ agens agit,
mq; appetit 2. pro termino, quo
intro-

introducto res quiescit. 3. Hyperphysicé, quæ quidem in rebus terrenis completur, sed non ab ijsdem primordium capit.

10. *Applica hæc quæstioni positæ?*

Primo respectu morbus nullam agnoscit causam finalem, quia vergit ad interitum. 2. habet terminum, quo tandem finitur. 3. ipse morbus est causa finalis hyperphysica, quia est pœna & medium, quo nos DEUS ad constantiam in vera fide & pœnitentiam ob commissa peccata adigit.

11. *Quotuplices sunt differentiæ morborum?*

Duplices. 1. essentiales, ab ipsa morbi essentia videlicet dispositione p.n. desumptæ. 2. Accideutales, ab aliis morbi essentiã consequentibus videlicet accidentibus eorundem, quæ denominantur,

12. *Quot*

12. *Quot ſunt genera morborum eſſentialium?*

Tria, 1. morbi intemperiei ſeu partium ſimilarium. 2. morbi organici, 3. morbi ſolutæ unitatis.

13. *Vnde deſumpta eſt hæc diviſio?*

A` triplici partium diſpoſitione præternaturali, quarum 1. in ſimilarium partium intemperie. 2. in diſſimilarium vitioſa compoſitione. 3. in læſa ſimilarium & diſſimilarium unitate conſiſtit.

14. *Nonne laborant minus excellenter agentes?*

Minimè, ſi corporis conſtitutio in alias admittat functiones, ſin verò à debitis nativis & conſuetis deficiant functionibus & cum impedimento aut vitio agant, maximè ægrotant. 1. de tuend: ſan: c. 4. 5. ſect. 1. quæſt. 6.

15. *Poteſtne id clarius explicari?*

Omninò, idq́ue præſtat Galenus his verbis: Nec, qui ſani ſunt, omnes oculis æquè cernunt, ſed alij perſpicacius, alij obſcurius: nec auribus pari modo audiuut, nec pedibus ſimiliter currunt, nec manibus apprehendunt, nec reliquorum membrorum munia ſimiliter obeunt; nullo tamen modo laborant, qui minus præſtant, quam alij, qui perſpicacius vident, & citius audiunt, & celerius currunt, & tenacius apprehendunt.

16. *Quid ex his tandem concludit Galenus?*

Duo potiſſimum, 1. quomodo ſanitas ſit determinanda & cognoſcenda. 2. qua ratione affectus p.n. morbi nomen merentur.

17. *Quomodo cognoſcitur ſanitas?*

Non quævis corporis conſtitutio naturalis dicenda eſt ſanitas, niſi rationem cauſę ad opus aliquod edendum

m obtineat: aliàs nigredo Ægypti-
um, Gallorum candor, Scytarum
vus color, qui eſt affectus, ſecun-
m naturam, foret ſanitas, cum
in colore omninò non conſiſtat.

8. *Qui igitur affectus eſt morbus?*
Non quivis, in corpore qui hu-
mano p. n. deprehenditur affectus,
otinus eſt morbus, aliàs nigredo
ſole, & candor diutinâ & umbra-
i conſuetudine contractus morbi
men merentur: ſed is tantum, &
corporis conſtitutio p. n. quæ
tioni incommodat: ut nec ea con-
tutio, in qua nec doloribus angi-
ur, nec in vitę actionibus impedi-
ur, ſanitas rectè appellatur. 1. de
end. ſanit. c. 6. 5.

19. *Quid eſt morbus ſimilarium?*
Eſt diſpoſitio qualitatum tàm ma-
feſtarum, quàm occultarum p. na-
ralis in parte ſimilari, quâ actio
ditur.

20. *Quotuplex est morbus intemperiei?*

Duplex. 1. manifestarum & quidem primarum qualitatum. 2. occultarum, qui aliàs morbus totius substantiæ nuncupatur.

21. *Morbus primarum quotuplex?*

Duplex. 1. Simplex, qui est dispositio unius qualitatis p. n. in parte similari, quâ actio læditur. 2. Compositus, est dispositio duarum qualitatum primarum p. n. in parte similari, actionem quæ impedit debitam.

22. *Quot sunt species morbi imtemperiei simplices?*

Pro ratione. 4. qualitatum primarum, quæ violantur, & â naturali deflectunt constitutione, sunt. 4. Calida, frigida, humida, sicca.

23. *Quot sunt species compositæ intemperiei?*

Quatuor. 1. calida & humida. 2. calida & sicca. 3. frigida & humida.

frigida & ſicca : quia tot dantur
emperiei compoſitæ ſpecies, quæ, ſi
aturalem excedunt conſtitutioné,
uatuor quoq; producunt intempe-
ei ſpecies.

24. *Quid eſt morbus occultarum qualitatum?*

Eſt conſtitutio p.n. occultarum
ualitatum in parte ſimilari, quâ
ctiones læduntur.

25. *Qui ſunt illi morbi?*

Omnes, qui in maligna aliqua
onſtitutione conſiſtunt, & â mani-
ſtis qualitatibus in parte ſimilari
iſtinguuntur: ut morbus Gallicus,
ebres peſtilentiales, morſus canis
abi ii, &, qui aliquam ſibi conjun-
tam habent malignitatem.

26. *Quibus rationibus id probas?*

Tribus: 1. Quarum deſumitur â
ubjecto. 2. â cauſa excitante. 3. à
emedijs.

27. *Quæ eſt prima?*

Quia hic morbus eſt partium

ſimilarium, oportet igitur ut ſit vel manifeſtarum vel occultarum qualitatum: Quòd non poſſit ad illas referri, patet ex prædictis. E. ad occultas referatur neceſſum eſt.

28. *Quæ eſt ſecunda?*

Introducitur â venenata & maligna quadam materia, quæ toto genere lethalis, & ut non primis qualitatibus impugnari poteſt, ita nec primis, ſed occultis agit qualitatibus.

29. *Quæ eſt tertia?*

Tandem hic morbus non curatur remedijs, quatenus ſunt calida, humida, frigida, ſicca: ſed quatenus totâ ſubſtantiâ ſeu occultâ qualitate agunt, hacq; malignam illam conſtitutionem impugnant.

30. *Quid eſt morbus organicus?*

Eſt diſpoſitio p. n. partium diſſimilarium, actiones ipſi competentes impediens.

31. *Quo-*

31. *Quotuplex est morbus organicus?*

Quatruplex, 1. in numero. 2. in [m]agnitudine, 3. conformationis, 4. [c]ompositionis.

32. *Vnde desumpta est hæc divisio?*

A` præternaturali constitutione [p]artis organicæ, quæ fit 4. modis. 1. [i]n numero. 2. in magnitudine. 3. in [c]onformatione. 4. compositione: tot [e]nim requiruntur ad legitimam par[ti]s organicæ constitutionem: quivis [it]aq; ab his recessus p.n. lædens acti[o]nem, erit morbus dissimilarium [p]artium seu organicus.

33. *Quotuplex est morbus in numero?*

1. Excedens, in quo aliquid in [p]arte organica debitum & consue[t]um numerum excedit. 2. deficiens, [i]n quo defectus numeri in parte or[g]anica deprehenditur.

34. *Quot modis fit excessus?*

Duobus. 1. si prorsus & toto ge[n]ere sit p.n: ut pus, verrucæ, calculi,

lumbrici, & omne genus vermium in parte aliquâ genitorum. 2. si partim p. n. ut sex digiti, duplex ordo dentium, oculi membranæ excrescentes; secundum naturam quidem sunt, quatenus à primo ortu ab ea ita producta: p. n. verò, quatenus abundant, debitum constitutionem vitiant, & actioni officiunt.

35. *Nonne. quæ toto genere p. n. sunt, simpliciter sunt morbi?*

Non, quia sunt substantiæ, cum morbus tantum sit accidens, sed morbi causa, quatenus. 1 suâ præsentiâ debitum excedunt numerum, 2. actioni officiunt, & membrum ineptum ad agendum reddunt.

36. *Quot modis fit defectus?*

Duobus. 1. ratione totius: cum totum ac integrum sit sublatum membrũ, ut oculus, auris, manus &c. 2. ratione partis, cum pars duntaxat membri, quæ ad numerum complendum, & ejus constitutionem necessa-

necessaria, ob ante factam mutilationem sit sublata, dum ossium, nervorum, musculorum quidam deprehenditur defectus.

37. *Quot sunt species morbi magnitudinis?*

Duæ: quarum prima est auctæ magnitudinis morbus, in quo pars organica adeò p. n. augetur, ut ejus actio lædatur: 2. est morbus imminutæ magnitudinis, in quo ob imminutam partis dissimilaris magnitudinem operatio ejusdem vitiatur.

38. *Quinam morbi ad primam referuntur?*

Omnes tumores p. n. ab humore, flatu vel aliâ causâ excitati, ut ascites, tympanites, anasarca, phlegmone, erysipelas, œdema, scyrrhus, enterocele, epiplocele, hydro sarcocirso-bubonocele.

39. *Quinam ad alteram speciem referuntur?*

Atrophia, phthisis, rheas, par-

tium mutilationes, & his ſimiles.

40. *Quot ſunt genera morborum compoſitionis?*

Duo, quorum unum in præternaturali partium ſitu. 2. in vitioſa earundem connexione vel disjunctione conſiſtit.

41. *Qui ſunt primi generis?*

1. Morbi luxationis, in quibus oſſa vel partes organicæ ſuis naturalibus ſedibus relictis, alium locum occupant, & ſitum repræſentant. 2. herniæ ſpecies, in quibus vel inteſtina, vel aliud quippiam in ſcrotum deſcendit, ibiq; tumorem p. n. excitat.

42. *Quinam ſunt ſecundi generis?*

1. Cum partes uniuntur, quæ disjunctæ eſſe debent, ut in ſtrabiſmo, labiorum, palpebrarum, & digitorum connexione. 2. cùm, quæ partes cohærere debebant, disjunguntur, idq; vel ob laxitatem, diſruptionem vel nervorum ſolutionem, ut

e & vinculorum, & aliarum partium.

43. *Suntne hi morbi ſolutæ unitatis?*

Non, quia in morbis ſolutæ unitatis ſolvuntur partes continuæ, ut hi morbi ſolutæ unitatis dicantur: in morbis compoſitionis ſaltem contiguæ reſolvuntur partes corporis humani..

44. *Quotuplex eſt morbus conformationis?*

Triplex. 1. Figuræ. 2. Superficiei. 3. Cavitatum.

45. *Quid eſt morbus figuræ?*

Diſpoſitio p.n. in qua nativa partium figura ita mutatur, ut actio earundem impediatur.

46. *Quot dantur ſpecies morbi figuræ?*

Tot, quot dantur naturalis figuræ immutationes p. n. quarum paſſim multæ occurrunt, interdum quæ curva, recta fiunt, quæ recta curva, quæ obliqua recta, quæ tranſverſa

 obli-

obliqua, ut videre eſt in vatijs, in valgis, varis, plantis, ſimijs, claudis, & alijs figuræ mutationibus, quæ ob varios corporis accidunt caſus.

47. *Quid eſt morbus ſuperficiei?*

Eſt diſpoſitio p. n. in qua partes organicæ læves exaſperantur, & aſperæ lævigantur, unde actio vitiatur.

48. *Quot ſunt hujus ſpecies?*

Duæ, altera eſt partium diſſimilarium p. naturalis lævitas, ut in dyſenteria, lienteria, teneſmo, in quibus ventriculus & inteſtina lævitate p. naturali ſcatent. Avicen. fen 2. doct. 1. c. 3. 2. altera eſt earundem aſperitas, quæ perſæpè ſentitur in faucibus, aliiſque partibus ſummâ cum moleſtiâ, & operationum impedimento.

49. *Qui dicuntur morbi cavitatum?*

Illi, in quibus meatuum partium orga-

organicarum constitutio violatur, quâ tandè actionũ insequitur læsio.

50. Hi morbi in quotuplici sunt differentia?

In duplici. Alij respiciunt cavitatum multitudinem, alij magnitudinem p. n.: in utrisque verò vel excedentem vel deficientem, de diff. morb. c. 7.

51. Quinam sunt primi generis?

Qui plures cavitates aut meatus, vel pauciores, quàm parti à natura concessa ponunt.

52. Qui sunt posterioris?

Qui meatus aut cavitates justo ampliores vel majores, minores vel angustiores repræsentant.

53. Qui sunt morbi cavitatum magnitudine excedentes?

1. Anastomosis, apertio venarum quâ orificia venarum plus æquo aperiuntur. 2. diapedesis, tunicarum laxatio, quâ tunicæ vasorum nimis relaxantur, & quidem

quidem adeò, ut transitum humoribus præbeant. 3. diæresis, meatuum apertio, qua meatus, per quos feruntur distribuunturque contenta, nimis dilatantur. Fern. de diff. morb. l. 1. c. 5.

54. Qui sunt morbi magnitudine deficientes?

1. Obstructio, quà meatus occluduntur à materia incidente vel intus hærente. 2. Coalescentia, quà latera cavitatum coalescunt. 3. Subsidentia, quà meatuum partes arctiùs coëunt. 4. Constipatio, quâ ob materiam excrescentem, vel adventitiam magnitudinem intus existentem, meatus imminuuntur. 5. Constrictio, quæ poris accidit. 6. Compressio, quâ ob materiam externam comprimentem cavitas angustior evadit.

55. Quid est morbus solutæ unitatis?

Est dispositio p. n., quæ in partium similarium aut dissimilarium

conti-

ntinuitatatis dissolutione consi-
:, & functionum debitarum im-
dimentum existit.

56. *Quot sunt differentiæ hujus morbi?*

Pro ratione causæ solventis & bjecti variæ, inter quas hæ sub-quentes primas merentur; ulcera, lnera, fracturæ, contusiones, ru-ura, punctura, fissura, incisiones. rn.1. de diff. morb. c.1.

57. *Qui sunt morbi accidentales?*

Non qui ipsam morbi essentiam oprie constituunt, sed vel ab ejus usis, vel subjecto, vel accidentibus tuntur & denominantur.

58. *Qui oriuntur à causis?*

1. Legitimi & illegitimi. 2. na-râ inhærentes & adventitij, illi l sunt hæreditarij, vel in ipsa con-gerunt conformatione fœtus; utri-ue ante ortum: hi post ortum à va-is causis contracti: 3. morbi per ιοπάθειαν & συμπάθειαν essentiam

&

& consensum: 4. endemij & epidemij, qui generali pandemij nomine aliàs comprehenduntur. Gal. 1. de locis affect: c. 3.

59. *Qui dicuntur endemij?*

Qui in regione quadam semper vigent, unde patrij aut vernaculi dicuntur, ut scorbutus incolis ad mare Balthicum, lues venerea Indiæ, gutturis tumor Alpinarum regionibus communis.

60. *Qui dicuntur Epidemij?*

Qui statis temporibus in regione aliqua grassantur, quorum alij benigni, maligni alij, ut pestis & febres malignæ.

61. *Qui accidentales morbi referuntur ad subiectum?*

Qui respectu 1. ætatis, ut puerorum, juvenum, senum, 2. sexus; virorum & mulierum: 3. partium & totius, universales & particulares: 4. subsistentiæ & productionis; in fieri & morbi in facto appellantur.

62. *Quo-*

62. Quomodo dividuntur respectu partium & totius?

In particulares & universales. Particularis. 1. alius est unus tantum in toto subjecto, & in una, qui consedit parte, sive is multis; sive uni tantùm incommodet actioni, ut intemperies ventriculi. 2. in pluribus partibus simul morbi diversi hęrent, qui quidem particulares, sed simul sunt multi, separati, disjuncti, diversi.

63. Quomodo praeterea dividitur particularis?

1. In simplicem, qui sibi nullum alium conjunctum habet morbum, uniusq; duntaxat simplicis naturam assumit, sive in similarium, sive organicarum sit ordine, ut calida intemperies capitis, vesicæ obstructio. 2. compositum, qui ex multis morbis uni parti insidentibus concrevit, & qui unus est factus.

64. Qui

64. Qui dicuntur universales?

Qui totum occupant & afficiunt corpus, ut febris.

65. Quinam ab accidentibus denominantur?

Illi, qui à magnitudine, more, motu, & fine suas sortiuntur appellationes.

66. Respectu magnitudinis quomodo appellantur?

Magni & parvi. Magnus dicitur, quo magnum vitæ imminet periculum, idq; primò, si pars nobilis laboret in cordis affectu p. n. 2. si nobiliorem partem pars affecta in suum trahere possit consensum, ut jecoris inflammatio, quâ & cor perfacilè affici potest. 3. Si vires & facultates nimium deijciantur, ob causæ foventis vehementiam, & incrementum, ut in febribus acutis & malignis.

67. Quinam morbi respiciunt morem?

Qui symptomata consueta, vel à solito

ſolito recedentia producunt: ab illis, ſi mitiora exiſtant, morbus denominatur mitis vel benignus: ab his verò, ſi graviora, ſæviora & majora, quàm moris eſt, maligni nomine morbus indigitatur.

68. *Qui denominantur à motu?*

Illi, qui reſpectu ſuorum temporum, quæ conſtituunt & percurrunt, æſtimantur: horum alij ſunt breves & longi, alij acuti, continui, intermittentes, alij ordinati & inordinati.

69. *Qui dicuntur breves & longi?*

Breves dicuntur, qui celeriter ſua tempora, ſive univerſalia, ſive particularia percurrunt, & citò ad finem pertingunt, ut febris ephemera: longi contrà non tàm citò atq; celeriter, ſed delapſis priùs aliquot menſibus, aut poſt 40. dies ſuo finiuntur termino.

70. *Qui dicuntur acuti?*

Qui celeriter ſummo cum vitæ peri-

periculo ſua percurrunt tempora, & vel ſalutis, vel mortis terminum attingunt. Gal. l. 3. de diebus decret. c. 13.

71. *Quotuplices ſunt morbi acuti?*

Triplices. 1. alij ſunt peracuti, qui duplices 1. extremè acuti, qui velociſſimè 3. vel 4. die. 2 non exexactè acuti, qui 7. terminantur, hosq; non tranſcendunt terminos. 2. alij ἁπλῶς acuti, qui itidem duplices, exactè tales & 14: non exactè tales 20. quibus finis imponitur. 3. alij ἐκ μεταπτώσεως ex decidentia, qui ad 40. usq; excurrunt diem, hunc ſi tranſcendant, diuturnorum vel longorum inſigniuntur titulo. Gal. in com. 1. aph. 23. l. de definit. medic. c. 7.

72. *Qui dicuntur continui?*

Qui toto morbi tempore continuò corpus afficiunt, idq; absq; ullà prorſus intenſione aut remiſſione, quâ ratione dicuntur continui continen-

inentes: ſi verò contrario modo ſe habent, cum aliquà ſaltem remiſſione, continui ſimpliciter nuncupantur.

73. Qui dicuntur intermittentes?

Qui non continuò, ſed per intervalla, pro ratione motus cauſæ, quæ certis periodis movetur, quieſcit, corpusq; afficit, ut in febribus intermittentibus accidit.

74. Circa hos quæ notanda?

1. Acceſſio ſeu paroxiſmus, in quo corpus ſenſibiliter affligitur, ob motum cauſæ morbificæ. 2. intermiſſio, in qua quieſcente cauſa morbifica corpus non moleſtatur.

75. Qui dicuntur ordinati & inordinati?

Qui certo tempore, horâ, die, menſe, anno invadunt corpus patiens, ut febres tertianæ, quotidianæ & quartanæ, ordinati morbi dicuntur; qui verò incerto tempore, & modò citiùs, modò tardiùs accedunt,

dunt, inordinati ſeu erratici appellantur.

76. Quæ hic intelliguntur tempora?

Non tempora anni, in quæ incidunt, & quorum reſpectu alij verni, alij autumnales, æſtivi & hyemales alij dicuntur: ſed morborum univerſalem vel particularem viciſſitudinem & decurſum, quo nobis cauſæ morbificæ motus, natura, incrementum vel decrementum innoteſcit.

77. Quot ſunt partes illius temporis?

Quatuor. 1. principium, quo incipit ac parùm adhuc lædit morbus: 2. augmentum, quo ingraveſcit; 3. ſtatus, quo in eodem vigore permanet & vehementiſſimâ luctam cum natura init; 4. declinatio, â qua paulatim remittit, corpus minus affligitur, & agendi potentiam viciſſim aſſequitur.

78. *Quot modis hæc tempora accipiuntur?*

Duobus: 1. universaliter, prout totum morbi decursum, omnesque ej⁹ paroxismos, & intermissiones & mutationes comprehendunt. 2. particulariter, pro unâ tantum morbi parte, paroxysmo ac mutatione.

79. *Qui morbi â fine denominantur?*

1. Salutaris, qui finem assequitur salutarem, id est, sanitatem pristinam & exoptam: 2. lethalis, qui cum sui & subjecti destructione, amarâ, sævâ & inevitabili morte terminatur.

DISPUTATIONUM Medicarum SEXTA.

DE MORBORUM CAUSIS.

Respondente

JOH. STEPH. RULANDO RATISBONENSI.

1. *Estné Medici agere de causis morborum?*

MAximè, illarum siquidem investigatione: perfectiorem sibi acquirere potis est morborum cognitionem; Cum & hîc verum, quod à Philosophis dictum: Scire est rem per causas cognoscere, quâ neglectâ imperfecta nostra & confusa saltem erit cognitio.

2. *Qua-*

2. *Qualem hîc intelligis causam?*

Duntaxat efficientem, quæ primum corpus movet, & à quâ motus in corpore humano dependentiam suam habet.

3. *Quot requirit hæc ad morbi productionem?*

Quatuor. 1. Debitum tempus, quo parare, firmare, & perficere potest effectum: nullus enim motus fit in momento, sed successivè, & in debito tempore. 2. Sit sufficiens & efficax ad producendum effectum, cum non quidvis, leve erratum, gignat morbum & producat.

4. *Quod est tertium & quartum?*

Tertium est contactus: non enim in patiens agere valet, nisi illud tangat: Quartum, patiens ad patiendum & formam introducendam recipiendum sit aptum.

5. *Quotuplex est causa efficiens?*

Triplex. 1. Προκαταρκτικὴ primitiva.

tiva. 2. Προηγουμένη antecedens. 3. Συνεκτικὴ conjuncta ſeu continens.

6. Quot modis accipitur procatarctica?

Duobus. 1. generaliter. 2. ſpecialiter. In priori reſpectu, modò primitiva, modò externa, modò morborum occaſio, modò evidens, vel præincidens, aut præincipiens appellatur, quæ appellationes in hiſce tribus, primitivæ, evidentis & externæ vocibus commodè comprehendi poſſunt.

7. Quomodo accipitur in ſpeciali ſignificatione?

Pro eâ, quæ in corpore imbecilli latentes cauſas morborum primò excitat, id ultrò ſenſibiliter & manifeſtò afficit, aliiſque principium præſtat, ex quâ tandem, tanquam ex occaſione, cæteræ ortæ diffluunt: Fern. de morb. cauſis. c. 11.

8. *Quæ ſunt hujus conditiones?*

1. Requirit morboſas diſpoſitio-
es præ exiſtentes, unde Galeno di-
tur cauſa laceſſens, quæ ſolum tan-
t corpora imbecillia. 2. Evidenter
ficit. 3. Poteſt eſſe interna vel ex-
rna.

9. *Quid eſt externa?*

Quæ extrinſecus corpori accidit,
q; primò non ineſt, id verò alterat,
icit, diſponit, & reliquis cauſis
orbificis, quaſi viam ſternit: hujus
tæ ſunt extra corpus genita. 2.
orpus afficiunt manifeſto, ſine præ-
iſtente causâ.

10. *Quid eſt evidens?*

Quæ absq; ullâ præexiſtente diſ-
ſitione morbosâ, evidenter, ma-
eſtè & ad ſenſum corpus afficit.
l tantùm intrinſecus eidem acci-
t, ut ferè nulla ad ejuſdem cogni-
onem ſit opus conjectura: Hæc re-
irit verò, ut intrinſecus ſit ge-

nita. 2. Abſq; diſpoſitione præexi-ſtente. 3. Evidenter corpus afficiat.

11. *Poteſtne id exemplis illuſtrari?*

Maximè, ſit primum, Animi παθήματα. 1. evidentis vices ſuſtinent, quia evidenter lædunt, abſq; præexiſtente causâ. 2. Procatarcticæ nomen merentur, prout. 1. corpus evidenter afficiunt. 2. cauſam latentem excitant, nunquam verò externæ cauſæ naturam induunt, quia non extrinſecus ſed intrinſecus corpori accidunt.

12. *Quod eſt ſecundum Exemplum?*

Aër calidus, intro aſſumtus, quatenus morboſam quandam diſpoſitionem in corpore latentem excitat, procatarcticę nomen meretur: Prout verò ad extra tantùm alluat corpus, idq́; ſine præexiſtente diſpoſitione morbificâ, alterat & afficit, externa nuncupatur: Quoad verò intus reſpirando aſſumptus, abſq́; præexiſtente morbi causâ corpus movet,

&

æ morbum gignit, evidentem cau-
am rectè appellari posse non dubi-
o.

13. *Quod est Tertium Exemplum?*

Ignis candens mutatæ figuræ par-
s alicujus tantùm externæ nomine
enit, cum 1. evidenter afficiat. 2.
bsq; ullâ præexistente causâ morbi-
câ. 3. tantùm corpori extrinsecus
ccidat, nec in ipso sit, nec existat
portet.

14. *Quæ dicitur antecedens?*

Affectio seu dispositio illa mor-
ifica, quæ procatarctica & conti-
ente prior in corpore existebat, &
illâ excitata, hanc tandem pro-
uxit, quæ inductis causâ continen-
ipsoq; morbo, antecedentis no-
en interdum amittit, & continen-
appellationem assumit. *Gal. art.*
dicin. c. 88. 1. *de causis puls. cap.* 1.
rn. 1. *de morb. causis* 3. *Gal. lib. de de-*
. med. 18.

15. *Quæ dicitur Continens?*

Quæ proximè ipſam morbi eſſentiam continet, fovet, conſervat, & quâ tangente afficimur, & quâ ſublatâ, ipſe tollitur affectus, aliàs dicta conjuncta, proxima, prima, præcipua & generationis cauſa 1. *de loc. aff. c. 2.* 1. *de cauſis pulſ. c. 1.*

16. *Nonnè hæc & antecedens dicitur interna?*

A' Galeno, pluribus in locis hoc nomine dignantur, non verò ita ſunt dictæ, reſpectu morbi & effectus, ſed cauſæ externæ, & ſubjecti inhæſionis, nam veluti externæ extrinſecus exiſtunt, ita internæ, in ipſo animalis reperiuntur corpore. 1. M. M. *c. 8.* 1. *de tuend. ſanit. c. 2.*

17. *Quomodo alias diſtinguuntur*

Alia eſt cauſa per ſe, quæ propriis virib. nulliusq; interventu, opus aliquod producit, alia eſt cauſa per accidens, quæ non propriis virib. ſed alius interventu opus edit, ut aqua frigi-

rigida, frigidæ intemperiei causa est
er se, calidæ verò per accidens.

18. *Habesnè adhuc aliam?*

Imò, quâ causæ distinguuntur. 1.
n principalem, quæ principaliter
git, & id efficit, cujus est causa. 2.
n adjuvantem quæ principali suc-
urrit, eamq; ultrò promovet. 3. In
ne quâ non, quæ quidem vim effi-
iendi non habet, sine quâ tamen ni-
il effici potest.

19. *Illustres id velim Exemplo?*

Principalis est Medicamentum
urgans appropriatum. 2. Tempe-
amentum est causa adjuvans quia
djumento est principali. 3. Nativus
alor est causa sine quâ non, hoc e-
im sublato & extincto nunquam
n actum deducitur medicamen-
um. *Fern. 1. de morb. causis c. 15.*

20. *Quænam Protatarctica naturam induunt?*

Quæ corpori nostro vel necessariò
t 6, res non naturales vel contin-

genter accidunt, ut ictus, lapſus, aliáque fortunæ telis expoſita.

21. *Quænam poſſunt Continentis & antecedentis naturam ſuſcipere?*

Ea quę vel ante vel poſt ortũ corpori noſtro accidunt: Quorũ illa vel vitio ſeminis vel formationis, vel uteri, vel alio externo errore ſunt contracta; hæc verò aut ſunt ſecundum naturam, ut humores, ſpiritus excrementa: aut toto genere p. n. ut calculus, vermes, arenulæ, flatus.

22. *Quomodo fiunt cauſæ morbificæ?*

Quæ toto genere p. n. ſemper morborum cauſas conſtituunt, quæ ſunt vel ſecundum naturam; non niſi quatenus à naturali conſtitutione ſecundum magis vel minus recedunt, ut in Plethorâ & cacochymiâ & alijs.

23. *Quid eſt Plethora?*

Eſt abundantia ſanguinis alimentarij in ſuis vaſis ab optimo nutrimento

nento ac bonâ corporis conſtitutio-
e producta.

24. *Quotuplex eſt Plethora?*

Duplex. 1. ad vaſa, ea quæ nimi-
um diſtendit, obſtruit, cumq; ru-
bore, ſed absq; virium modeſtiâ in
umorem attollit. 2. Ad vires, quæ
isdem eſt infenſa, & absq; rupturâ
enſione, obſtructione, rubore eas-
dem gravat & premit. 9. M. M. c. 8.

25. *Quid eſt Cachomya?*

Eſt redundantia excrementitio-
rum humorum, extra & in venis,
in toto aut ejus partibus ex vi-
tioſo alimento, & malâ corporis
conſtitione producta.

26. *Quæ ſunt cauſæ morborum in ſpecie partium videlicet ſimilarium?*

Primò calidæ intemperiei cauſæ
eſſe poſſunt, motus, putredo, conta-
ctus rei calidæ, conſtipatio, calida
aſſumpta, de cauſis *morb. c. 2.*

27. *Quomodo motus & putredo sunt causæ?*

Motus si excedat, tam corporis quam animi, calorem nimium excitat, spiritus vehementer movet, humores diffundit, partes corporis solidiores accendit, hinc febres acutæ, & aliæ intemperiei differentiæ: Putredo calorem nativum destruens, alienum introducit.

28. *Quomodo reliquæ sunt causæ calidæ intemperiei?*

Res calida suo contactu vicinam alterat, & justo calidiorem reddit partem; Constipatione aëris assumptorumvè calidâ qualitate concentratur calor, internæq; partes, aucto nimirum earum calore præter naturali, incalescunt.

29. *Quæ sunt frigidæ intemperiei causæ?*

Contactus rei frigidæ, assumptorum qualitas & quantitas, constipatio, rarefactio, ocium & immodica quies.

quies. Hiſcè occaſionibus inquit Gal: ignis ſeu calor nativus extingui tur, frigidaq; intemperies introducitur, *de cauſis morbor: c. 3.*

30. Quomodo id præſtant?

Res frigida ob viciniam; aſſumpta ob qualitatem frigidam, ut & ob quantitatem nimiam, ingeſta enim nimiâ in copiâ, ut & conſtipatio pororum cutis, calorem obruunt, opprimunt & ſuffocant, rarefactio, calori exitum per cutis poros præbet, & neglecto motu, calor torpeſcit, corpusq; ſegne & frigidum redditur.

31. Quæ poſſunt eſſe cauſa ſiccæ Intemperei?

Quæ aſſumuntur, quæ geruntur, quæ excernuntur, quæ foris adhibentur & ambiunt: Quæ, ſi conjungitur corporis, conſtitutio ſicca, citiùs corpus exſiccant, dictumq; intemperiem introducunt.

32. *Quæ referenda ſunt ad ea quæ aſſumuntur & geruntur?*

Ad aſſumpta; Medicamenta & alimenta ſiccantia, cibi inopia & paucitas: Ad ea quæ geruntur, vigiliæ, curæ, motus immodicus, animi affectus graviores: Quæ cauſæ ſpiritus abſumunt, calorem diſſipant, nutrimentum vitiant & corrumpunt.

33. *Quæ referenda ſunt ad excreta & foris ambientia?*

Ad illa: frequens Veneris uſus, humidor excretio, ſiccor retentio, ſpiritus & caloris exhalatio, ob corporis rarefactionem: ad hæc: aër ſiccus, balnea ſulphurea, vitioſa, bituminoſa, aluminoſa, quæ inſignem ſiccandi vim obtinent.

34. *Quæ ſunt humidæ intemperiei cauſæ?*

His contraria, aſſumpta & retenta humida, foris ambientia, ut aër humidus, aquæ dulcis frequens uſus:

ſus : Quæ geruntur ſunt, vivendi ratio delicatior, ocioſa, ſomnus continuus, &c. *de cauſis morbor. c. 5.*

35. *Quæ ſunt cauſæ compoſitar: intemperierum?*

Hæ modò dictæ, præſertim ſi conjungantur, perfacilè compoſitas intemperies excitant.

36. *Quæ ſunt cauſæ morbi totius ſubſtantiæ?*

Omnia quæ occultâ qualitate corpus humanum alterant, & ſibi in eodem ſimiles affectus generant.

37. *Quotuplicia ſunt hæc?*

Duplicia. 1. alia in ipſo ſunt corpore genita. 2. alia ei ad extra accidunt, utraq; illius naturalem conſtitutionem ſubitò occultâ quâdam vi dejiciunt.

38. *Quot poſſunt genera conſtitui externorum?*

Quatuor. 1. aër putreſcens, vel venenatis infectus exhalationibus ex locis fætidis, ſpecubus, voragini-

bus, paludibus, putridis, venenatis animalibus, exhalantibus. 2. Morbi contagiosi ut lues venerea, elephantiasis, pestis, phtisis, fera scabies.

39. *Quod est tertium & quartum genus?*

Tertium: Venena assumpta, ut plantæ, animalia, integra, vel illorum partes, metalla, mineralia venenatâ qualitate prædita. Quartum: Constituunt animalia venenatâ, quę vel morsu, ictu, sibilo vel hiatu corpori sunt inimica.

40. *Quæ sunt causæ morbor: organicor: & primò in Numero.*

Excessus ante ortum, materiæ copia, & formatricis robur; Post ortum materia vitiosa & inutilis: Defectus ante ortum, materiæ inopia, formatricis imbecillitas: post ortum, rosio, vstio, sectio, corruptio & hujus generis alia.

41. A

41. *A quibus causis morbi magnitudinis dependent?*

Aucta, ab humore, flatu, membro luxato, tumoribus adnatis, alimenti copiâ, facultatis altricis robore dependet: Diminuta, virtutis debilitatem, materiæ inopiam, ustionem, sectionem, rosionem sequitur.

42. *Quas agnoscit causas morbus compositionis?*

1. Luxationis seu herniæ species causas admittunt motus vehementes, fracturam, lævitatem, lubricitatem, vinculor: tunicar: ligamentor: laxitas, sectio nervorum, contractio, solutio vinculor: & aliar: partium. *Gal. de causis morb. c.* 10.

43. *Ob quas causas vitiatur figura?*

Ante ortum 1. ob materiæ excessum vel defectum. 2. Formatricis errorem. 3. Seminis vitiositatem. 4. Prægnantis incuriam, imaginationem, vim illatam: in & post partum

acci-

accidere possunt, propter uteri angustiam, obstetricis imprudentiam, alimenti excessum vel defectum, humorum copiam, sectionem, fracturam, ustionem, Chyrurgi negligentiam.

44. Morbi superficiei à quibus dependent causis?

1. Lævitas ab ijs, quæ pingui, lentâ, viscosâ humiditate scatent. 2. Asperitas ab humorum videlicet bilis atræ, flavæ, corruptæ, pituitæ salsæ, medicaminum pulveris, fumorum, assumptorum, aëris, ventorum aut alius materiæ, in ipso corpore genitæ, vel extra accedentis, inutilis acredine & facultate corrodente. *Gal. de causis morb. c. 7.*

45. Quæ causantur cavitatum magnitudinem, aut multitudinem excedentem?

Contentorum copia, expultricis vehementia, retentricis imbecillitas, clamor continuus, motus violentus,

lentus, medicamenta aſſumpta, humores, & alia quæ luxandi, rarefaciendi, attenuandi, incidendi, aperiendi, humectandi, contundendi, erodendi facultate ſunt donata.

46. *Cavitatum defectus in magnitudine & multitudine quæ ſunt cauſæ?*

Internæ ſunt humores lenti, craſſi & viſcidi, excrementa indurata, calculus, arenulæ, tofi, vermes, ſanguinis grumi, caro adnata, tumor internus, contentorum evacuatio nimia, partium laxitas, ſiccitas, oſſa luxata, exulceratio interiorum: Externæ, pondera, vincula, tumores vicinarum partium, frigus externum, *Gal. c. 7. de morb. cauſis.*

47. *Quænam ſolutæ unitatis conſtituunt cauſas?*

Partim interna, motus animalis violentus, humorum ſeu aſſumptorum vitia, quæ arrodendi vim habent, flatuum redundantia, putredo. Exter-

Externa ſunt omnia ea, quæ, ſecare, erodere, incidere, frangere, contundere, diſrumpere, percutere, & collidere apta ſunt nata, *Gal. de cauſis morb. c. 11.*

48. *Quæ ſunt cauſæ legitimorum & illegitimorum?*

Legitimorum cauſa eſt ſimplex & una, ut in tumoribus ex ſimplicibus unico & in permiſſo humore generatis: Illegitimorum cauſa eſt compoſita, ut in tumoribus non ex ſimplicibus ſed permiſtis & compoſitis humoribus genitis.

49. *Quotuplex eſt tumor legitimus?*

Quadruplex. 1. Phlegmone, tumor ex ſolo ſanguine, calidus, rubens, renitens, cum inſigni dolore conjunctus. 2. Eryſipelas, tumor ex flavâ bile, cum ardore & pungente dolore conjunctus. 3. Oedema, tumor ex ſolâ pituitâ genitus. Hic ſi fit in toto corpore anaſarca; ſi in

parte

arte tantùm aliquâ, propriè dicitur
œdema. 4. Scyrrhus, tumor ex solo
humore melancholico genitus, concolor, durus, absq; dolore & maculis nigris conspersus.

50. *Quotuplex est illegitimus?*

Multiplex, qui semper cum adiectione exprimitur, pro ratione materiæ compositæ, ex quâ generatur: Si ex sanguine & bile, phlegmone erysipelatodes; Si ex sanguine & pituitâ, phlegmone œdematodes, cum melancholia, scirrhodes, si bilis cum sanguine, erysipelas phlegmatodes, cũ pituita & melancholia, &c. erysipelas œdematodes, scirrhodes nuncupatur; & sic consequenter: *Gal. de causis morbor. c. 7.*

51. *Quæ sunt causæ hæreditarior: & adventitiorum?*

1. Hæreditariorum sunt parentes, vel actu ipso laborantes, ut surdi, vel inclinati ad hunc ut illum affectum, ut podagrici, utrique sibi simi-

ſimiles progenerant liberos: ſalvis verò parentibus, ſeminis, uteri, formatricis aut imaginationis vitium eſt in cauſa: Adventitij varias agnoſcunt cauſas.

52. Quæ ſunt cauſæ morborum per Eſſentiam & conſenſum?

Morborum per ἰδιοπάθειαν cauſa in eâ parte, in quâ exiſtit, eſt genita, eaq́; pro affectus diverſitate poteſt eſſe multiplex: Per συμπάθειαν morbi cauſa extra partem, cui inhæret, eſt genita, quæ pari ratione ut in morbis per eſſentiam variat.

53. Epidemios & Endemios morbos quæ cauſantur?

1. Endemiorum eſt vitioſa aëris conſtitutio, aſſumptorum depravatio, loci natura. Epidemiorum, influentiæ malignitas, aëris infectio, exhalationum putridarum, malignarum, venenatarum, fætidarum frequentia, ex locis, cadaveribus, veſtibus caveis, & aquis derivata.

54. *Quæ*

54. *Quæ sunt causæ morborum Subjecti?*

Horum causæ in ipsis affectibus [s]unt evolvendæ, quatenus morbum [e]t huic & illi subjecto inhærentem [p]onunt, cur autem hi affectus sic ap[p]ellantur, fit subjecti ratione, in [q]uo fit motus causæ morbificæ, in [q]uod introducitur, & tandem in [q]uo subsistit.

55. *Cur dicitur morbus quidam magnus?*

Ab effectu, quia magnum mina[t]ur periculum, idq; vel ratione par[t]is, quam vel obsidet, vel in sui con[s]ensum trahit; vel respectu virium, quas subitò frangit & deij[c]it: hicq; contrariatur parvo, qui nihil horum pollicetur.

56. *Vnde dicti sunt maligni?*

À malignitate causæ morbificæ, quâ impellente hi morbi violenter agũnt, & occultam lædendi facultatem obtinent: Benigni verò nec ma-

lignita-

lignitatem causæ agnoscunt, nec violentiam agendi, nec occultam quandam respiciunt qualitatem.

57. *Quæ est causa longi, brevis & acuti?*

Brevis existit morbus, cum causa citò; longus, cum causa longiori temporis spatio post 40. diem: Acutus cum causa insigni cum vitæ periculo, intra spacium 40. dierum vincit aut vincitur, sitque morbi, suum assequuntur finem.

58. *Quæ est causa intermittentium, continuorum, ordinatorum & erraticorum?*

Causæ morbificæ motus varius: hæc enim si per intervalla moveatur, intermittentes ut febres, si continuo affligat, continuos, si certo tempore, hora, die, invadat, ordinatum, sin secus inordinatos seu erraticos morbos producit.

59. *Quo-*

59. *Quomodo ſe habent cauſæ morborum ſalutarium & lethalium?*

Salutarium quatenus ſalutarium, cauſæ ſunt benignæ & ita comparatæ, perfacilè ut illas natura artis adminiculo evincere, evictas prorſus removere, & corpori hâc ratione, ſanitatem reſtituere priſtinam valeat. Lethalium ut lethalium cauſæ, tantâ vehementiâ ſunt præditæ, ut neq; naturæ, neque arti cedant, corpus vehementer afficiant, vires deijciant, omni ſanitate prorſus corruptà, mortem introducant inevitabilem.

DISPUTATIONUM Medicarum SEPTIMA.

DE SYMPTOMATIBUS,

Respondente

GEORGIO SEBASTIANO WIDEMANNO. AUGUSTANO.

1. *Quot sunt membra hujus disputationis?*

DUo, quorum in priori breviter ſymptomatum enumerationem, in poſteriori verò cauſarum eorundem enodationem perſtringam.

2. *Quid eſt ſymptoma?*

Symptoma eſt affectus p. n. qui citra functionis læſionem aliud p.n. inſe-

[i]nſequitur, & extra corporis huma-
[n]i conſtitutionem poſitis accidit.

3. Eſtnè vox ſymptomatis ambigua?

Eſt; 1. accipitur latè, pro omni [e]o, quod aliud inſequitur, ſive ſecundum, ſive p.n. quo reſpectu cum [i]ncludat omne accidens συμβεβηκὸς [d]icitur. 2. ſtrictè pro eo, quod cor[p]ori noſtro tantùm p.n. accidit, ut [...]es præternaturales. 3. ſtrictiſſimè, [&] propriè pro eo, quod modò defi[n]itum.

4. A' Græcis quomodo aliàs appellatur?

1. Ἐπιγέννημα, quod ſolos mor[b]os ſequitur. 2. πάθος affectus per[m]anens. 3. πάθημα ſymptoma in fie[r]i. 4. σύμπτωμα, quæ vox in propria [ſ]ignificatione hæc tria ſuo compre[h]endit ambitu.

5. In definitione quot ſunt annotanda?

Quinq;. 1. ſymptoma eſt affectus [p].n. 2. actiones non lædit. 3. aliud

neceſſa-

necessariò ac semper insequitur. 4. in corpore fit humano, 5. ijs, quæ extra partium corporis constitutionem sunt, accidit.

6. Cur dicitur affectus p. n?

1. Quia non secundum, sed p. n. in corpore existit humano. 2. hac voce distinguitur ab operibus naturæ, quæ robore facultatis naturalis fiunt, & quibus ea, quæ ipsi sunt molesta & infensa removentur.

7. Quid important reliquæ definitionis partes?

Differentiam qua à morbo & ejus causa distinguitur: 1. hæc actionem lædunt, non item symptoma. 2. morbus in ipsa p. n. corporis dispositione consistit, extra eam symptoma. 3. morbus est tantum partium propriè sic dictarum, & his & impropriè dictis competit symptoma. 4. morbi causa non semper ac necessariò aliud p. n. insequitur, ut symptoma.

8. *Quæ*

8. *Quæ ſunt extra partium viventium conſtitutionem?*

1. Functiones, quæ ipſam tamen inſequuntur conſtitutionem. 2. qualitates ſeu affectus corporis noſtri ſimplices. 3. excreta & retenta, ipſam nequaquam quæ ſunt neceſſaria ad corporis ejusq́ue partium conſtitutionem. *Gal. de diff. ſympt.* c.2.*&* 5.

9. *Quot ſunt ſymptomatum genera?*

Tria, quorum 1. in læſa functione conſiſtit, huic ſuccedit ſecundum, quod eſt vitium mutatæ qualitatis. 3. excretorum & retentorum errores continet. *Fern. l.* 2. *de ſympt.* c. 2.

10. *Quomodo primum ſubdividitur genus?*

Reſpectu facultatum animæ primarum, in læſam actionem animalem, vitalem, & naturalem: quæ læſio illarum vel auctionem, vel immi-

nutionem, vel depravationem, vel abolitionem respicit.

11. *Quotuplices sunt læsæ functiones animales facultatis?*

Triplices: 1. sensitivæ. 2. motivæ. 3. principes: sic enim à Galeno hæ animalis facultatis functiones distinguuntur, quibus variæ læsiones & vitia accidunt. *de diff. sympt. c. 3.*

12. *Quæ sunt læsæ actiones externorum sensuum?*

1. Visus sunt cæcitas, habetudo, luscositas, colorum, muscarum, telorum apparentia. 2. auditus surditas, gravitas, tinnitus. 3. olfactus & gustus imminutus, depravatus, abolitus. 4. tactus sunt stupor, pruritus, dolor.

13. *Suntné distinctæ doloris species?*

Maximè, ut cardialgia dolor cordis, cardiaca orificij ventriculi, cephalagia totius, hemicrania dimidij, homopogia partis tantùm capitis dolor, otalgia aurium, odon-

talgia

[od]gia dentium, nephritis renum, [oph]thalmia oculorum, arthritis arti[cu]lorum, chiragra manuum, poda[gr]a pedum, gonagra genuum dolor.

[1]4. *Quæ ſunt læſæ actiones ſenſuum internorum?*

1. Senſus communis pervigili[u]m, coma ſeu cataphora. 2. phanta[ſi]æ noctam bulonum affectus. 3. me[m]oriæ, imminuta & abolita ſeu ob[l]ivio.

15. *Quæ accidunt ſenſibus internis & rationi?*

1. Imminuuntur, ut in amentia, [st]ultitia, lethargo. 2. depravantur in [ph]renitide & paraphrenitide, ma[ni]a, rabie, melancholia, lyc-cyn-fe[la]nthropia, amore inſano. 3. abo[le]ntur in apoplexia, epilepſia, caro, [ca]talepſi.

[1]6. *Quæ ſunt motricis ſymptomata?*

Tuſſis, ſternutatio, ſingultus, oſci[ta]tio, pandiculatio, ructus, vomi[tu]s, paralyſis, convulſio, rigor, hor-

ror, tremor, lassitudo. *Gal. de caus. sympt. c. 2.*

17. *Quæ sunt vitalis facultatis symptomata?*

1. Lypothymia id est, pulsus imminutus. 2. syncope, ad sensum abolitus. 3. κακοσφυξία depravatus, naturalem minimè servans ordinem circa systolen & diastolen. & ἄπνοια respira io ablata, dyspnoêa crebra anhelatio, asthma frequentior, orthopnoêa frequentissima.

18. *Quotuplicia sunt symptcmata naturalis facultatis?*

Triplicia: 1 alia altrici; auctrici alia, & quædam generatrici accidunt, respectu nutricis quædam competunt attractrici, quæ est. 1. imminuta, qua quantum opus est non attrahitur, 2. depravata, quæ fit tremendo, palpitando, aut convellendo. 3. aucta, qua nimium attrahitur. 4. abolita, quæ planè non fit.

19. *Quæ*

19. *Quæ ſunt retentricis ſymptomata?*

1. Retentio abolita in lienteria. [2.] imminuta & imbecillis in fluctuatione & flatulentia. 3. aucta, in ſuppreſſione alvi & menſtrui fluxus. 4. [d]epravata, in convulſione, tremore, [p]alpitatione, in quibus ventriculus [d]epravatè retinet cibum oblatum.

20. *Quæ ſunt concoctionis ſymptomata?*

1. Privatæ, concoctio abolita in [a]trophia, imminuta in gracilitate, [d]epravata in cachexia, elephantiaſi. 2. publicæ & quidem primæ, aboli[t]a in apepſia, depravata dyſpepſia, [i]mminuta βραδυπεψία.

21. *Appetitui ventriculi quæ accidunt?*

Appetitus abolitus in ἀνορεξίᾳ, imminutus in δυσορεξία, auctus in βουλιμία, depravatus μαλακίᾳ.

22. Quæ in secunda concoctione deprehenduntur?

Sanguificatio abolita qua nihil, imminuta qua parum, depravata qua vitiosus sanguis generatur, & hinc toti corpori communicatur.

23. Ad expultricem quæ referuntur?

Nausea, cholera, lienteria, dysenteria, diarrhæa, tenesmus, cœliaca affectio, colica passio, ischuria, stranguria, dysuria, diabetes, mictus involuntarius, gonorrhoêa, mensium & hæmorrhoidum vitia.

24. Auctio quot modis læditur?

Duobus: 1. excessu, quo totum vel pars nimiam in molem attollitur: 2. defectu, quo pars minùs quàm decet augetur.

25. Quæ accidunt generatrici?

Generandi impotentia, languiditas, sterilitas, ad abortiendum proclivitas, partus difficilis, & quæ alia circa generationem, conceptui formationi

[n]ationi & partui ut plurimum ac-[c]idere solent.

26. Quodnam est secundum symptomatum genus?

Mutata qualitas, quæ respicit co-[l]orem, sonum, odorem, saporem, [t]angibilem qualitatem læsam, ea ta-[m]en limitatione, quatenus nulli [f]unctionum corporis nostri incom-[m]odant: aliàs non symptomatis, sed [m]orbi aut causæ morbificæ induc-[r]ent naturam. *Fern. l. 2. de sympt. [c]. 3.*

27. Quotuplicia sunt symptomata coloris?

Duplicia: totius vel partium cor-[p]oris: toti accidunt color flavus in [i]ctero, pallidus in leucophlegmatia & hepatide, niger in elephantiasi, splenitide, melane, albus in alpho & leuce, qui tres postremi affectus, [a]lphus, melas, leuce, sunt vitiliginis species.

28. *Quæ ſunt coloris vitia in parte?*

Mutati colores dentium, linguæ, oculorum, unguium, capillorum, & aliarum partium, ut fit in carbunculo, febribus, gangræna, cancro, aſcite, eryſipelate, œdemate, ſcirrho & aliis.

29. *Quæ ſunt ſymptomata odoris?*

Mutati & p. n. exiſtentes, fœdi, deterrimi, graves & odoratui infenſiſſimi odores, quales axillæ, nares, os, aures, pedes, pudenda, aliaque loca excrementis referta exſpirant.

30. *Quæ ſunt ſymptomata ſoni?*

Crepitus ventris, murmura inteſtinorum, ſtridor dentium, aurium tinnitus, alijque ſoni, qui p.n. auditum feriunt.

31. *Sapor quæ agnoſcit? vitia?*

Aciditatem, ſalſedinem, amaritiem, dulcedinem p.n. aut ex his mixtam quandam qualitatem, à naturali ſapore diſcedentem.

32. *Quan-*

32. *Quando tangibilis qualitas induit symptomatis naturam?*

Cum non officiat functionum integritati, sed saltem tactu est molesta, ut calor febrilis, in scirrho duricies, cutis scabra, laxa, dura, rugosa, arida, &c.

33. *Quodnam est tertium symptomatum genus?*

Excrementorum & retentorum vitium, quod respicit substantiam, quantitatem, qualitatem, modum, à debito & solito recedentem.

34. *Quomodo substantiâ peccant?*

Quando toto genere sunt p. n. ut vermes, calculi, arenulæ, pili, scarabæi, carnes, lumbrici, & id genus alia, quæ toto genere præternaturalia in corpore humano reperiuntur.

35. *Quomodo quantitate & qualitate peccant?*

Quantitate, cum plus minusvé quàm decet excernatur vel retinea-

tur: qualitate cum prima & secunda excretum vel retentum peccat.

36. *Quid importat modus excretorum vel retentorum?*

Locum insuetum, tempus minùs oportunum, doloris vehementiam, & strepitus vitia.

37. *Quæ huc referenda?*

Omnia ea, quæ non debita via, ut fit in fæcum per os excretione, non justo tempore, ut in lienteria, cœliaca affectione, & alvi constructione, cum dolore, confertim aut strepitu quodam exeunt & erumpunt.

38. *Possuntné horum symptomatum certæ causæ dari?*

Omninò, de quibus jam in secundo hujus disputationis membro, pro instituti nostri ratione breviter agemus.

39. *Quæ sunt causæ læsæ visionis?*

Spirituum animalium vel organi vitium, quod accidit in utriusq; 1. abolitione, qua cæcitas, 2. imminutione,

nutione, qua luſcoſitas & habetudo, 3. depravatione, qua colorum, muſcarum, telorum aranearum, & aliorum apparentia introducitur.

40. *Quæ ſunt vitia ſpirituum?*

Eorum 1. ablatio, dum vitio cerebri vel prorſus non generantur; vel ob interceptam viam haud influere poſſunt: 2. imminutio, ob parcam eorum generationem, diſcuſſionem, viæ anguſtiam, obſtructionem, compreſſionem, aliaq́; impedimenta facta, priori modo tolluntur, poſteriori minuuntur ſenſuum functiones.

41. *Quæ lædunt orgunorum ſenſuum conſtitutionem?*

Intemperies ſolutio continui, partium dislocatio, anguſtia, amplitudo, craſſities, color alienus, accretio tumorum, humorum impuritas à vaporibus nutrimento, vel aliis cauſis profecta, quæ impuritas inprimis viſus depravationē cauſatur.

42. *Quæ causæ excitant stuporem, dolorem, pruritum?*

Stuporem spiritus animalis defectus & alteratio, dolorem soluta unitas & alteratio, *Gal.2.de loc.aff.c.2.* pruritum excrementum mordax, salsum, acre, quòd ad scalpendum, quo discutiatur, hominem excitat. *Gal.1.de caus.sympt.c.3.*

43. *Quæ est causa pervigilij, comatis, noctam bulonis?*

Pervigilij est spiritus animalis nimius ad organa sensus affluxus. 2. comatis, prohibitus influxus spiritus animalis ad eadem. 3. noctambulonis, phantasiæ operatio fortior, quam phantasmata à spiritu crasso & torpido profecta excitant.

44. *Oblivionem quid inducit?*

Spiritus & caloris cerebri debilitas, ab intemperie frigida vel peste, ut in illis Atheniensibus, quorum meminit *Gal.de diff.sympt.3.* vel apoplexia, epilepsia, alijsq; affectibus,

bus, ut in Corvino & Trapezontio producta, memoria debilis leviores agnoscit causas.

45. *Quæ imminutum sensum & rationem sequuntur?*

Amentia, stultitia, lethargus: primum insignis spiritus & caloris nativi cerebri causatur defectus, à variis frigidis causis, inprimis nimia cerebri frigiditate productus. Secundum eadem ponit causa, sed in minori gradu: tertium spirituum torpor, ab humore pituitoso & putrescente in cerebro excitatus, introducit, quem sequitur inexplebilis somnus, omnimoda oblivio, & febris lenta.

46. *Quæ sunt causæ phrenitidis & paraphrenitidis?*

Phrenitidis, meningum inflammatio, calida cerebri intemperies, ob humorem biliosum, & illic putrescentem: paraphrenitidis, exhalationes calidæ ab aliis partibus inflam-

flammatis ad caput delatæ, unde & notha, non continua, & affectus per ſympathiam.

47. *Quæ cauſantur maniam?*

Spiritus ignei fervidique animales, accenſi ab intemperie calida cerebri & ſicca, à vaporibus calidis aduſtis, minimè putreſcentibus, & ſine tumore ſeu febre cerebrum infeſtantibus genita: 2. lac, ſanguis cumprimis arterioſus adhuc calens, cerebrum, aliæque partes canis, lupi, felis aſſumpta & ingeſta.

48. *Quæ eſt cauſa rabiei?*

Venenum per morſum, ſalivam, afflatum animalis rabidi, homini communicatum: hinc rabie acti, ſingultu, ſiti, metu, triſtitia vexantur continua, mores animalium imitantur, & ore ſpumante obvios invadunt: maniaci absque ratione, cum phantaſiæ depravatione, furore & audacia agunt.

49. *Quæ est causa melancholiæ?*

Spiritus animales obscuri, opaci, tenebricosi, frigida cerebri intemperies, humor melancholicus: hacque affecti continuò in timore & tristitia versantur.

50. *Quæ progenerant amorem insanum?*

Tristitia, cura, solicitudo, desiderium: hoc qui tenentur, modò lætantur, modò contristantur, mox rident, mox furore agitantur, jam amatæ speciem, formam, vocem, loquelam, aliásque res amatorias referunt.

51. *Quæ sunt causæ apoplexiæ?*

Spirituum animalium defectus ab humore pituitoso, frigido, lento, crasso, viscoso, excrementitio, cerebrum occupante, spiritus animalis generationem & influxum impediente.

52. *Epilepsiam quæ producunt?*

Malignus quidam humor aut vapor, maligna sua qualitate nervosum

ſum cerebri genus vellicans, meatus coarctando pariter qui expultricem ſtimulat ad expellendum moleſta, unde totius corporis motus depravatus, cum reliquarum animalium actionum abolitione.

53. *Quæ eſt cauſa cari?*

Spiritus animalis prohibitus influxus, à re quadam vi narcotica infecta, & occluſione cerebri ventriculorum, ab humoribus frigidis, lentis, & viſcoſis facta, ſomnum profundiſſimum abolitis ratione, ſenſu & motu qui tandem excitat.

54. *Catalepſis à quanam gignitur cauſa?*

A ſpiritus animalis influxu abolito, à materia poſteriora cerebri obſtruente, ſpiritus congelante, quo tandem corpus rigidum & immobile, cum privatione ſenſus & rationis redditur.

55. *Quæ ſunt cauſæ motus vitioſi?*

1. Tuſſis eſt res organi reſpirationis;

s: 2. sternutationis anteriori cere-
ri parti: 3. singultus superiori ven-
iculi orificio: 4. oscitationis mu-
ulis maxillæ aperientibus: 5. pan-
iculationis totius corporis muscu-
s molesta.

56. A quonam excitatur ructus & vomitus?

Ructus à flatulenta, vomitus ab humorosa materia expultricem irritante: cujus tandem beneficio, illa materies per os, in ructu cum, in vomitu verò sine strepitu ejicitur.

57. Quæ est causa paralyseos?

Prohibitus influxus spiritus animalis ad organa motus, idque vel cerebri, vel spinalis medullæ, vel organi vitio.

58. Convulsioni quæ inservit causa?

Contractio musculorum & nervorum, ab humore vel vapore eosdem infestante, & ad sui expulsionem irritante, quæ absque insigni motu fieri haud potest.

59. *Quid*

59. Quid causatur horrorem & rigorem?

Materia acris, mordax, per sensiles partes delata, quarum expultricem ad sui expulsionem excitat: differunt tamen, quòd rigor sit totius corporis, horror tantum partium circa cutem, illius causa est acrior, hujus mitior, prior cum sensu frigiditatis & doloris fieri solet, non item posterior.

60. Tremoris & lassitudinis quæ existunt causæ?

Tremoris imbecillitas facultatis motricis: lassitudinis vapor, multus, labor nimius, violentia, & alia.

61. Palpitatio & syncope ob quas fit causas?

Prior ob rem cordi molestam, sive sit vapor, tumor, intemperies, humor quoque qui sui motus varietate, insigni dilatatione & subsidentia determinata, cor impugnat. Posterior ob defectum spiritus vitalis, qui tamen in lypothymia minor est.

62. *Quæ causa inducunt vitia respirationis?*

Dyspnoëam levis angustia & obstructio bronchiorum pulmonis & [a]rteriarum respirationis, asthmatis major, orthopnœa maxima, cum in[d]uratione materiæ impactæ.

[6]3. *Ob quas causas læduntur functiones naturalis potentiæ?*

Ob fibrarum & caloris vitia: horum enim ministerio agunt attatrix, [e]xpultrix, retentrix & concoctrix, quæ sunt famulæ nutricis, sine quibus suis frustratur functionibus.

64. *Quæ sunt vitiorum primæ concoctionis causæ?*

Ἀπεψίας immoderata ventriculi intemperies, præsertim frigida, humores, tumores, abscessus, exulcerationes; δυσπεψίας humorum vitiosorum præsentia, βραδυπεψίας eædem causæ quæ apepsiam, sed leviores, introduxerunt.

65. Caninam appetentiam quæ excitant?

1. Humor abſumens & moleſtans nervos ſexti paris orificij ventriculi: 2. alimenti defectus, vermes, inedia, vigiliæ, labores excedentes.

66. Malaciæ & appetitui abolito quæ inſerviunt?

Malaciæ & picæ humor vitioſus & pravus, tunicis ventriculi impactus: appetitui abolito, copia aſſumptorum, humor glutinoſus circa ſuperius os ventriculi collectus.

67. Quæ ſitim movent?

Sitim auget, minuit, tollit, humiditatis oris ventriculi ſuperioris, vel nimia, vel imminuta, vel planè nullius abſumptio.

68. De qua cauſa exiſtit lienteria, cæliaca affectio, & diarrhœa?

Lienteriæ & cæliacæ affectionis cauſa eſt humor pituitoſus, vel intemperies ventriculi, in illa major, in hac minor: diarrhœæ eſt humo-

rum

rum excrementitiorum copia & cruditas.

169. *Quæ sunt causæ dysenteriæ, tenesmi, & colicæ paßionis?*

Humores rodentes, acres, ſalſi, bilis flava, atra, pharmaca exedentia, colicæ paſſionis humor acris, rodés, inflammans, diſtendens, in inteſtinis, maximè verò in colo inteſtino collectus, inſignem eorundem dolorem qui excitat.

170. *Isthuria & stranguria quas habet causas?*

Prior urinæ defectum, expultricem ſopitam, viæ obſtructionem: poſterior viæ anguſtiam, urinæ craſſitiem ob admixtam materiam, expultricem debilem.

171. *In voluntariam mictionem & diabeten quæ producunt?*

Illum ſphincteris, id eſt muſculi collum veſicæ claudentis reſolutio, & occludendi imbecillitas: hanc nimia potus copia, frigida intemperies, ve-

es, veſicæ, renum, attractricis vehementia, & retentricis imbecillitas.

72. Gonorrhæa & menſium ſuppreſsio cur fiunt?

Gonorrhæa fit 1. ob læſam retentricem ſeminis. 2. ob nimiam ſeminis copiam & calorem, ac venerea inſomnia. 3. ob ſemen acre & corruptum: 1. cauſa locum habet in gonorrhæa, quæ fit abſque inſomniis & extenſione colis 2. in ea, quæ cum his fit. 3. gonorrhææ gallicæ competit.

73. Quæ eſt cauſa ſuppreſsionis menſium & ſtillicidij?

Illius, venarum uteri obſtructio, vel ſanguinis defectus: hujus, ſanguis craſſus, anguſtia meatuum.

74. Profluvium quam agnoſcit cauſam?

Venarum orificiorum anaſtomoſin, uteri nimiam laxitatem, ſanguinis tenuioris copiam, expultricis vehementiam.

75. Quæ

75. *Quæ sunt causæ vitiorum auctionis?*

Excessivæ, nutrimenti bonitas, as-
milatricis efficacia, vita delicata,
s contrariæ, auctioni defectivæ
æsunt.

76. *Generatricis quæ sunt causæ vitiorum?*

1. Abolitæ, seminis defectus, in-
mperies, neglecta injectio & se-
inis retentio. 2. abortus, nimia co-
a & quantitas materiæ, vinculo-
m ruptura, dolores, motus violen-
s. 3. difficilis partus, expultrix de-
lis, uteri nimia siccitas, partium
nitalium angustia.

77. *Quæ sunt causæ mutatarum qualitatum?*

Coloris vitiosi, humorum vitia;
ni, organi & aëris insueta commo-
o seu affectio, odoris teterrimi, hu-
orum, assumptorum, partium pu-
edo vel corruptio, saporis, linguæ
fectio ab humore vitioso, tactus,
tacti-

tactilium qualitatum p. n. consti-
tutio.

78. *Quæ sunt causæ vitiorum substan-
tiæ, quantitatis & qualitatis
excretorum?*

1. Totius generis & totius sub-
stantiæ excretorum vel retentorum
sunt humores vitiosi, corrupti, pu-
tridi: quantitatis nimiæ, assumpto-
rum copia, aliorum affluxus, prohi-
bita distributio: qualitatis, intempe-
ries partium, assumptorum vitium
putredo excretorum & retentorum.

79. *Quæ est causa, quòd persæpè per in-
suetam viam excernantur?*

Competentis viæ obstructio, mo-
tus materiæ violentus, vasorum ru-
ptura, continui solutio, corporis
situs.

80. *Quæ tempus debitum im-
mutant?*

Quòd non justo tempore excer-
nantur, aut retineantur ultra debi-
tum, in causa esse potest viarum oc-
clusio

ſio, anguſtia, laxitas, dilatatio, expultricis imbecillitas, retentricis efficacia aut debilitas.

31. *Quid de cauſis reliquorum excretorum ſymptomatum ſentiendum?*

Dolorem, ſtrepitum, violentam eruptionem, expultricis efficacia, humores rodentes, flatuum commixtio, aut partium per quas excernuntur læſio excitant & inducunt.

DISPUTATIONUM Medicarum OCTAVA.

DE SIGNIS DIAGNOSTICIS ET PROGNOSTICIS ÆGRORUM.

Respondente

PHILIPPO AICHELIO, AUGUSTANO.

I. *Suntné Medico scitu necessaria signa?*

OMninò. 1. Respectu cognitionis, præeuntibus enim signis Medicus latentes corporis affectus p. n. explicat, causas eorum agnoscit, locum quem occupant arte determinat, futura prædicit, præsentia præfinit, majorem fiduciam apud ægrum excitat, remedia non temerè, sed

id decenter, oportuno tempore
adhibet. 2. Ratione curationis,
quamdiu siquidem curat, signa in-
tuetur Medicus, proque horum con-
stantia vel mutatione ipsa in cura-
tione procedit.

2. *Quid est signum insalubre?*

Signum insalubre est ens, quod
sensibus expositum nostris latentes
tam præteritos quàm præsentes &
futuros in corpore affectus p. n. eo-
rum sedes & causas adumbrat.

3. *Quotuplicia sunt signa?*

Triplicia. 1. Salubria, quæ natu-
ralem. 2. Insalubria quæ præter na-
turam. 3. Neutra quæ neutram cor-
poris constitutionem designant: re-
lictis salubribus & neutris, hîc in-
salubria exponenda veniunt.

4. *Quomodo insalubria dividuntur?*

In diagnostica, demonstrativa,
quæ præsentem: prognostica prædi-
ctiva quæ futurum; & anamnistica

memorativa, quæ præteritum corporis nostri statum determinant.

5. Quomodo hæc ultrò distinguuntur?

1. In παθογνωμώνικα affectionis signativa, propria, inseparabilia, concomitantia & certa morborum indicia & simul apparentia. 2. In συνεδρεύοντα assidentia, ἐπιφαινόμενα mox apparentia, ἐπιγινόμενα supervenientia, communia, & impropria.

6. Cur pathognomonica ita sunt dicta?

Quod rei præter naturam adeò arctè cohæreant, ut posita hac & sublata, ipsamet actu ponantur atque tollantur, nulláque ab eadem ratione develli possint.

7. Quare impropria sic appellantur?

Quia non ex necessitate, sed vel sæpissimè vel raro ipsi affectui p. n. posito superveniunt, mox adesse, mox abesse & relicto affectu discedere solent.

8 *Quot*

8. *Quot ſunt diagnoſticorum genera?*

Tria, quædam partis affectæ, alia morbi ipſius, nonnulla cauſæ morbificæ conſtitutionem adumbrant, ad ſymptomatum cognitionem ſignis minimè opus eſt, utpotè quæ manifeſtè apparent, & ſtatim ſub ſenſus cadere poſſunt.

9. *A quibus deſumuntur partis affectæ ſigna?*

1. A læſis actionibus. 2. ab excretis. 3. à poſitu. 4. à loci proprietate. 5. ab accidentibus propriis.

10. *Hæcné ſemper conjunguntur?*

Non, ſed interdum conjunctim, interdum disjunctim partem læſam determinant, cum inprimis ſola actio læſa, tantam in ſignando habeat vim, ut ſola in partis affectæ cognotionem nos deducere poſſit.

11. *Quomodo læſa actio & excreta partem affectam deſignant?*

Quia quælibet pars certis deſti-

nata est actionibus & naturalia sua habet excrementa, his læsis, illam cui competunt & à qua proficiscuntur, fore læsam partem, certum est.

12. *Dolorné partem affectam denotat?*

Omninò, hîc enim est varius pro ratione partium integrantium varietatis: si sit dolor exquisitus, acutus, convulsivus nervis & tendinibus, punctorius membranis, pulsatorius arteriis, laxativus carni, gravis visceribus competit.

13. *A situ nonné possunt peti signa?*

Maximè, notum siquidem, quamvis in corpore certũ tenere locum, partem: hoc præter naturam affecto, partem subjectam illum circumscribentem locum laborare colligitur.

14. *Propria accidentia idemné præstant?*

Imò æquè partem possunt signare affectam, ut prædicta, ceu color citrinus in corpore, vesicam fellis, ni-

ger

lienem, ruber maxillarum pul-
ones, nausea os ventriculi p. n. se
bere indigitant.

5. Quæ signa denotant partem primariò affectam?

1. Si ipsa pars sit læsa. 2. Si perma-
entem habeat affectionem. 3. Re-
edia si illi applicata prosint & ju-
ent. 4. Si alia hanc affectã sequan-
ur symptomata, secus si fiat per con-
ensum laborat.

16. Nonné quivis ad sui cognitionem requirit signa morbus?

Nequaquam: notum siquidem,
orborum quod quidam sint par-
ium externarum, neglecta signo-
um observatione, qui primo quasi
ntuitu sensibus patent: nonnulli in-
ternas occupent partes, non omni-
bus obvij, sed in recessu positi quo-
dammodo latent, perfectámque sui
ad cognitionem infallibilibus indi-
gent signis.

17. *Quænam signa latentium morborum salutantur?*

1. Causa ex rerum non naturalium classe desumptæ. 2. Ea, quæ à natura corpori ingenita, idipsum ad hunc vel illum affectum disponunt præternaturalem, quorum in matriculam cooptantur ætas, temperamentum, sexus, inclinatio, vitæ genus. 3. symptomata, quibus addere licet loci naturam & temporum differentiam.

18. *Potestné id clarius explicari?*

Omnino: sit nobis exemplo ventriculus qui præternaturali calore æstuans calidæ intemperiei naturam induit: hujus in cognitionem latentis affectus nos deducunt. 1. rerum non naturalium errata, ad quæ referenda calida assumpta, aër æstuans, exercitium nimium, balneum frequens. 2. temperamentum calidum, ætas juvenilis. 3. sitis intensa & clamosa, excreta sicca, indurata & calore rodente prædita.

19. *Quo-*

19. *Quotuplicia sunt signa causæ morbificæ?*

Duplicia, quorum alia signorum
ntum naturam assumunt: alia verò
signorum & causarum, simul vi-
s sustinent: illorum in matriculam
optantur habitus corporis, calo-
s, odoris, duritiei mollitiei, pulsus,
mni, vigiliarum, insomniorum,
inæ & fæcum vitia.

20. *Ad secundum genus quæ referenda?*

Temperamentum totius corpo-
is, ætas, sexus, consuetudo, paren-
um vitia, morborum præteritorum
is & violentia, exercitatio inusita-
a aut excessiva, veris constitutio
um præterita tum præsens, balneo-
um usus intempestivus, tempus de-
ique anni, constitutioni corporis
contrarium, sanitati inimicum, o-
nnique alimento pestiferum ac da-
mnosum.

21. *Quî quod quædam hæc signa exi-*
stunt causæ morbificæ?

Causæ quia nequaquam ingre-
possunt essentiam, ceu videre lic-
in urinis, quæ præter solitum crassæ
rubræ, tenues & odore fætido inf-
ctæ, & his de causis humore in cor-
pore turbatum, putridum calor-
nimio affectum, inconcoctum des-
gnant, & nequaqam ejus tanquan
causæ morbificæ naturam induit
minúsque ut illa corpus p.n. afficit
miserè torquet & affligit. Idem fia
de reliquis 19. quæstione positis ju-
dicium.

22. *Potestné res una simul esse signum*
& causa morbifica?

Maximè, at diverso respectu, u-
patet evolventi in febribus præsen-
tem aëris & quidem calidissimam
constitutionem: hæc tanquam si-
gnum adumbrat morbum adesse ca-
lidum, adque febris naturam incli-
nantem, cum in ejusmodi constitu-
tione

one calidi morbi potissimum generentur, præter signum & causæ naturam induere & vices sustinere potest, quatenus videlicet nimio calore corporis humores alterat, oppresso nativo calore, præternaturalem excitat, spiritus inflammat, partes accendit, & ita à natura quod erat concessum corpori temperamentum turbat, corrumpit & statui sanitati contrario consecrat.

23. Signa prognostica quid præsagiunt?

1. Morbi eventum, salutem nimirum, pristinámque corporis sanitatem infensissimo rerum præternaturalium impetu oppressam: vel mortem huic è diametro quasi oppositam. 2. modum eventus, is an vel subitò, vel sensum fiat. 3. tempus eventus præsens, num morbus citò vel tardè solvi, salutisve vel interitus terminum attingere valeat

24. Vnde desumantur harum prædictionem signa?

1. Ab affectu præter naturam corpus infestante, circa quem cumprimis attendamus. 1. illius speciem. 2. magnitudinem. 3. mores. 4. motum. 2. à decumbente, qui, 1. excreta. 2. functiones. 3. ipsum corpus in rerum insalubrium classe cõstitutum studiosè & summa cum diligentia prognosticum susceptum considerandum exhibet.

25. Quid singulæ morbi notæ monent?

Ut æqua animi lance trutinemus, 1. ratione speciei, an sit morbus intemperiei, organicus, aut solutę unitatis. 2. respectu magnitudinis, sympromatum vehementiam, partis & viriũm vigorem aut jacturam. 3. quo ad mores, benignitatem vel malignitatem affectus. 4. relatione facta ad motum, temporum differentias, num has celeriter vel tardè percurrere possit.

26. Qua-

26. Quænam his adjungamus à parte laborante?

1. Actionum integritatem debitamve constitutionem vel læsionem illarum imminutione, auctione, depravatione aut abolitione omnimoda consistentem. Excrementorum errata, vitiosúmve eorum consistentiam, colorem insuetum, odorem fœtidissimum, excretionem intempestivam, crebram, per inconvenientem locum, cum difficultate, strepitu & dolore factam. 3. Quæ vias corpori accidunt, figuram, situm, decubitum, colorem & alia ab Hippoc 1. *præsag.* enumerata, pro quarum majori aut minori læsione & vires variare omninò concludendum.

27. Quomodo ex his judicetur de morbi eventu?

Facta accurata illorum comparatione tandem pro majori signorum vel bonorum salus & eventus optatissi-

tiſſimus, vel malorum exuperant
mors prædicetur inevitabilis: vel
gnis ab utraque parte æqualiter
habentibus, donec appareat præv
lentia, judicium ac prognoſticu
ſuſpendatur.

28. De modo eventus quid notandum?

Morbum tribus modis termina
poſſe, 1. ſenſim per λύσιν ſeu ſolutio
nem ad mortem vel ſalutem, 2. ſub
tò per criſin, quæ fit cum luctu na
turæ & cauſæ morbificæ ad vitan
vel mortem, 3. ſubitò ad mortem o
mni relegata pugna, viribus pro
ſtratis, ſpiritibus oppreſſis, totáqu
natura prorſus ſuccumbente, partin
ob materiæ magnitudinem, vehe
mentiam, malignitatem, partim ob
inſignem & inemendabilem totiu
corporis ac ſpirituum inflammatio
nem, quæ mutatio nec λύσις, nec
criſis, aſt ſubitus interitus nuncu
patur.

29. Quo-

29. *Quotuplex est λύσις.*

Duplex 1. Salutaris, sanitatis quæ
tendit restitutionem ac ulterio-
n vitæ quàm vivimus continua-
onem: fit ut plurimùm cum mor-
us sive affectus præternaturalis sit
rvus, qui facta concoctione pau-
tim decrescit, ac profligato morbo
anescit & prosperæ locum valetu-
ni relinquit. 2. Lethalis indivi-
uo quæ minatur interitum, eum-
ue tandem introducit, affectus
um præter naturam sensim majus
crementum assumit, calorem cor-
oris absumit, spiritus dissipat, vires
mnes destruit & vitæ profligata sà-
itate & optima corporis constitu-
ione, ultimum terminum indicit &
mponit.

30. *Quæ sunt signa salutaria solutionis?*

Salutari morbum eventum præ-
monstrant ac præsagiunt. 1. conco-
ctio, quâ causa morbifica concoqui-
tur,

tur, alteratur, evincitur & ſenſim ad expulſionem præparatur. 2. Virium incrementum, concocta ſiquidem cauſa morbifica, nutrimentum melius conficitur, partes debito reficiuntur pabulo ſpiritibus refectis, caloréque naturali firmato, vires ſenſim priſtinum vigorem aſſumunt. 3. Morbi imminutio, quæ cauſæ contra coctionem, vitioſæ expulſionem, ſpirituum refectionem, & virium reſtitutionem tandem inſequitur.

31. Quæ præſagiunt lethalem ſolutionem?

Caloris imbecillitas, ſpirituum defectus, concoctionis decrementum, virium proſtratio, morbi continuatio, cauſæ morbificę incrementum ac ſymptomatum vehementia, inſultus & impetus ſanè infenſiſſimus.

32. Quotuplex eſt critica morbi terminatio?

Duplex: 1. Perfecta & omnibus modis

dis absoluta, saluti quæ proxima,
tatem pollicetur futuram & pri-
am, quamobrem optima haud
meritò appellatur. 2. imperfecta,
rti quæ vicina, futuro viam ster-
interitui, & ob id rectè pessimæ
eos titulo insignitur.

3. *Quomodo terminatur morbus crisi?*

Vel evacuatione, qua causa mor-
ica concocta, evicta & à natura
erata prorsum è corpore huma-
,tempore oportuno, per loca con-
entia & debita quantitate expel-
ur: vel translatione, qua eadem
l ob ductus penuriam ac defectū,
l insigne aliud impedimentum
orpore minimè exturbari potest,
l ad aliam minus nobilem & illi
qua continetur dignitate ac ne-
ssitate cedentem ablegatur &
ansponitur.

34. *Quomodo fit optima crisis?*

Cum universa causa morbifica
con-

concocta debito modo præparata à natura ad quandam clementi redacta, in statu viribus refectis critico bono, quarum in matric lam cooptantur septimus, 9. 11. 20. vel omninò è corpore nostro e cuatur, vel in aliam partem min nobilem transponitur, vel ab int ad extra ablegatur.

35. Quomodo fit pessima crisis?

Cum causa morbifica non tota ter moveatur è corpore, aut in aliu deponatur locum, accedente & il quod hæc partialis ac imperfec expulsu vel translatione sit fact materia nondum concocta, ante st tum succumbente naturâ, die crit co malo quorum nomine veniunt 10. 13. & 6, alias qui naturæ tyra nus nuncupatur.

36. Quæ sunt evationes criticæ?

1. Vomitus, quo in ventriculo qu cõtinentur vitiosa foras erumpun & exitum quærunt. 2. hæmorrha

g

arium, qua in venoſo genere
atet materia expel enda extur-
. 3. Sudor, qui intercutaneo-
mpuritate ſcatentium deſignat
blitur evacuationem. 4. Urina
ces alvi, quarum illa renum,
rum, epatis, veſicæ & ductus
rij: hæc verò inteſtinorum ſor-
c materiam putridam cauſæ ra-
em obtinentem elicit & ſecum
cit.

7. *Quæ præſagiunt inſtantem criſin?*

Morbi magnitudo & mos, cum
s magnis duntaxat & acutis ac-
t morbis. 2. Concoctio, virium
boris præſentia, quibus natu-
auſæ morbificæ impetum repri-
e, vim & violentiam coërcere,
nſum & corpori inimicum in-
um placare, ſedare ac omninò ſu-
are potis eſt. 3. Perturbationes,
in quæ ſubſecuturam neceſſariò
cedant, eam certò præſagiunt,
&

& ob id ſigna ab aliis criticis
dicta.

38. *Idemné de his judicandum*

Nequaquam; ſi morbo aut ca
morbificæ ritè rectéque præpa
ſupervenerint ac viribus non
fractis apparuerint criſin ſani
determinatam priſtina præſagi
ſin crudam, nondum coctam, inſ
cum virium defectu & affectus p
ter naturam incremento excip
materiam: cauſæ vices ſuſtinen
morbificæ, malam aut tardior
ſolutionem denunciant.

39. *Quænam prænunciant bona*
criſin?

Vires infractæ, robur inſigne, c
coctio cauſæ morbificæ in die i
catorio judicata, cujus remotio
tum aut bonum diem criticum
pectet judicatorium.

40. *Quæ præſagiunt malam criſin*

Virium infirmitas, cauſæ mor
ficæ ob impeditam concoction

itas, magnitudo, incrementi
tia, ſymptomatum vehementia
ſultus eorum infenſiſſimus.

. *Quæ indicant tempus eventus?*

Quemadmodum magnitudo & modum ſolutionis ſeu eventus llibilis præſagiunt, pari paſſi tus morbi ſuę ſolutionis & even- futuri tempus prædicant: quò n celeriùs vel tardiùs per ſua pora ad ſtatum movetur, eò ci- vel tardiùs terminatur ac ſolvi-

. *Quando ſuſpendendum judicium circa tempus?*

Cum concoctionis nulla appare- t veſtigia: tamdiu id continuan- n & locum meretur, donec con- ctio ſit facta, quæ ſi deprehenda- , primo ſtatim ſolvitur morbus aternario, parvus ſimplici, ma- us verò critica ſolutione.

43. *Quodnam eſt officium quarti dici?*

Quar-

Quartus ſemper eſt index ſui ternarij, in quo ſi appareant concoctionis, terminabitur mo iſto quaternario, ſin minus, ultr tenditur.

44. *Quæ ſunt cauſæ concoctionis*

Virium conſtantia, natura bur ſymptomatum facilitas, ca morbificæ remiſſio, quò enim tiora ſunt ſymptomata, vires diores & natura eminentior, eò tius cauſæ morbificæ concoctio ficitur, abſolvitur & motus eſt lerior.

45. *Quæ deſignunt cruditatem?*

Symptomatum vehementia, ſi mus cauſæ morbificæ vigor, vi dejectæ, quò enim ſymptomata m jora, cauſa contumacior, vires in miores, excrementa cum alvi t epatis, renum, veſicæ copioſiora, tardior fit concoctio, motus & omnimoda morbi ſolutio.

DISP

DISPUTATIONUM *Medicarum* NONA.

DE
URINA ET PULSU AEGRORUM.

Respondente

THEOPHILO MERCLINO, LAUINGANO-PALATINO.

Estné doctrina de Vrinis ægrorum utilis Medico?

Omnino, hac siquidem instructus distinctè Medicus in signa ...is, renum, meatus urinarij & ...um partium p. n. affectarum in...ere, latentis morbi naturam & ...am rectè cognoscere, ejusque ...tionem felicius aggredi potest.

Circa ægrotorum urinam quot sunt notanda?

Quin-

Quinque: 1. Substantialia. 2. A
cidentalia. 3. Excipiendi modus.
Inspectio Medico observanda.
Qua ratione naturam signorū t
dia-tum prognosticorum induun

3. Quænam substantiæ nomine veniunt?

1. Humores aut succi consuet
naturales, ut serum sanguinis, b
flava, & portio alimenti crudior
quæ toto genere sunt p.n. ut cap
arenulæ, sanguinis grumi, carun
læ, pinguedo, bullæ, spuma, cc
na, &c.

4. Quomodo peccant Vrinæ utriusq substantiæ ratione?

Naturalis respectu; si una au
tera ejusdem differentiarum v
mnino desit, vel p. n. legem im
nuatur, nimium attenuetur, ve
sto crassior existat, vel debitam se
rationem minime experiatur, n
locum ipsi competentem occu
ut inprimis circa contentum acc
r

solet. Præter naturalis ratione,
od contineat quæ omnino ad uri-
æ existentiam & constitutionem
n requiruntur.

. Accidentium in quo consistunt vitia?

In odore fœtido & grave olenti,
antitate vel deficiente, vel exce-
nte, excretione prorsus sublata
t difficili, qua urina insigni cum
lore, sibilo, sono, conatu guttatim
reditur, quibus color insuetus al-
us, spiceus, cruentus, viridis, niger
bjungendus.

6. Quæ est causa albi & spicei coloris?

Illius est defectus bilis flavæ, ca-
oris decrementum, pituitosi humo-
s copia: Spicea calorem majorem,
lus bilis, minus pituitæ sui coloris
gnoscit causam, hinc subflavæ &
itrinæ est proxima.

. Quæ est causa rubri, cruenti, viridis & nigri coloris?

Rubri calor p.n. intensus, cruen-
ti sanguis commistus, viridis bil-
æruginosa, aut calor nimius quo pa-
tes tenuiores resolutæ urinæ mist-
eam opacam & viridi colori sim-
lem reddunt nigri humor melan-
cholicus, bilis atra & adusta.

8. Ad recte excipiendam Vrinam quæ necessaria?

1. Matula vitrea oblonga, pellu-
cida. 2. Tota est excipienda. 3. Fact-
concoctione, non post insignem &
violentam aliquam corporis com-
motionem. 4. Excepta panno linte-
tegatur, locóque tepido quieta, do-
nec Medicus eam inspicere potis e-
reservetur.

9. Quid Medico observandum circa Inspectionem Vrinæ?

Commotam quietam reddat, fri-
gore turbatam aqua tepida resolvat,
tribus aut duabus horis elapsis post
excretionem, loco solis radiis mini-
mè exposito, at lucido, nec procul
facie remotam inspiciat.

10. *Quid designant substantiæ vitia?*

Tenuis frigidam intemperiem, oris debilitatem, meatuum ob-ctionem, crassa humorum per-pationem, crassorum redundan-n, concoctionis infirmitatem, guis colliquationem, spumosa uum copiam, arenosa calculum, nculę exulcerationem partium, ona humorum præsertim in ve-o genere vitiosorum coacerva-rem.

11. *Quid designant ratione coloris?*

Spiceæ & albæ cruditatem, calo-& bilis defectum, illæ minorem majorem, cruentæ partium læ-n unitatem vel vasorum anasto-sin; rubræ magni, virides majo-nigræ maximi caloris p.n. in cor-re humano præsentiam & vio-tiam.

12. *Urina respectu quantitatis qui[d] demonstrat?*

Defectus assumptorum liqui[do]rum penuriam, sudoris & transpi[ra]tionis frequentiam, partium cali[di]tatem, ejusdem ad alia mem[bra] quam vesicam delapsum, meatu[um] obstructionem. Excessus contra notat liquidorum assumptorum [co]piam, humorum vitiosorum afflu[en]tiam, ventriculi, epatis, renum, [re]tentricis & concoctricis imbeci[lli]tatem, transpirationis & sud[oris] suppressionem.

13. *Quænam reliquæ nobis signa e[x]hibent?*

Urinam guttatim egressa & c[um] sono meatum obstructorum, exp[ul]tricis debilis, materiæ admistæ, [fla]tus in corpore redundantis si[gna] minime existunt, aspernanda. D[olo]rifica partium per quas egreditu[r so]lutam unitatem, exulceratione[m] inflammationem, vel sui ipsius

is acrimoniam, humoris corro-
ntis & calculosæ materiæ admi-
onem designat.

Hæ ne differentiæ Vrinæ malæ, prognostici vices sustinere possunt?

Omnino, si nimirum continua se-
majus incrementum assumant in
jus ruant, dejectis & nimium de-
litatis viribus ad extremum mali-
e gradum perveniant, nullaque
edici ope corrigi minúsque tolli
queant, malorum perniciosorum
no lethalium naturam signorum
duant; morbum vel diuturnum,
el curatu difficilem, vel omnino
ortem præsagiunt inevitabilem.

5. *Qua ratione bonum prognosticum suppeditant?*

Si deposita malitia, mutatis colo-
e, odore, consistentia, fluxu interru-
to, sono p. n. &, paulatim ad meli-
s tendant, nativæ proxime assimi-
entur, concocta causa morbifica, vi-
ibusque resumptis, tactu mitiores

& aspectu applausibiliores evadant salutarium vices sustinentes signorum prognosticorum, morbi prædicunt brevitatem, gratamque pristinæ sanitatis mox recuperandæ spem certam & infallibilem præbent.

16. Circa pulsum ægrorum quot sunt potissimum notanda?

Quatuor: 1. Pulsuum differentia. 2. Causæ. 3. Dignotionis informatio. 4. Quam signorum naturam assumant.

17. Quotuplices sunt pulsuum differentiæ?

Duplices: 1. Absolutæ quæ sunt vel simplices, ut pulsus magnus & parvus, celer & tardus, creber & rarus, vehemens & debilis, durus & mollis, vel compositæ ex his dictis. 2. Respectivæ quales sunt æqualis & inæqualis, ordinatus & inordinatus, proportionatus vel rythmicus.

18. Vnde desumptæ sunt absolutæ?

Ab iis quæ ad motum pulsus necessa-

[...]ariò requiruntur, ut ſunt, tem-
[...], locus, quies, facultas & inſtru-
[...]ntum. Dictæ autem ſunt abſolu-
[...]quod horum unum quodque ab-
[...]utè alterius absque reſpectu cer-
[...]n nomen ipſis imponere, queat
[...]pulſus differentia, dicitur magnus
[...]pacio, celer à tempore, &c. reſpe-
[...]væ dicuntur, ad plures ſimplices
[...]od referri valeant.

[...]19. *Quomodo fit magnus & celer?*

Magnus fit cum arteria in motu
[...]acium excedit, parvus ſpatium
[...]n percurrit: Celer fit cum modi-
[...], tardus multo tempore arteria di-
[...]tatur.

20. *Quando fit Creber, vehemens & durus?*

Creber fit ſi arteria parvo inter-
[...]oſito intervallo ſeu quiete, rarus
[...]ngo moveatur. Vehemens fit cum
[...]actus violenter, debilis debiliter
[...]npellatur. Durus & mollis fit cum
[...]rteria duritie vel mollitie affecta
[...]actui in occurſu talis appareat.

21. *Qui dicuntur pulsus æquales vel inæquales?*

Æquales dicuntur, qui in singu differentiis continentis paritate seu æqualitatem servant, ut puls æqualis in magnitudine ac celerit te existit, cum sequentium ictuu respectu spatij vel temporis par magnitudo ac celeritas. Inæqual vero sunt imparitatis, in quamcu que etiam cadat pulsus differentiar

22. *Qui sunt isti pulsus inæquales?*

Qui fiunt: 1. in uno pulsu & un parte arteriæ ut intercisus, Capr zans, dicrotus. 2. In pluribus ac d versis arteriæ partibus, undosus, fo micans, fibrans, convulsivus, serra tus.

23. *Qui dicuntur Ordinati?*

Ordinati appellantur qui recto nu mero & æqualibus pulsibus cõstan tes impari uno intercurrente con tinuatur: ut si tribus 4. 5. 6. paribu quartus, 5.6. septimus impar sequa tur

, idque consequenter in reliquis
m observatur.

24. *Qui dicuntur inordinati & rythmici?*

Inordinati dicuntur, qui circui-
m prorsus observãt nullum: ryth-
ci vero qui proportionem tem-
ris, motus ad quietem, sunt oppo-
i, qui sine rythmo fiunt, illi vel
nt æquales & fiunt si omnium par-
m tempora motus, quietum tem-
ribus respondeant, vel inæquales
quibus minus fit.

25. *Quotuplices sunt pulsuum causæ?*

Duplices: 1. Propinquæ efficiens
cultas, instrumentalis arteria, im-
ellens usus, qui in sanguinis arte-
osi, spirituum vitalium generatio-
e & conservatione consistit. 2. Re-
notæ cum res naturales, tum præ-
ernaturales.

26. *Quæ sunt causæ simplicium?*

Magni facultatis robur, arteria
I 5 mollis,

mollis, usus auctus: celeris virtu[s]
mediocris, instrumentum moll[e]
usus auctus, organum durum: V[e]-
hementis facultatis robur, & duri[ties]
arteriæ duritiem agnoscit: horu[m]
contrarij contrariis proficiscunt[ur]
à causis.

27. *Quæ sunt causæ pulsuum Intercis[i]*
caprizantis Dicroti & Serrini?

Intercisi virtus debilis, instrumen[-]
ti obstructio, Caprizantis virtus de-
bilior, hinc existit interciso celerio[r]
Dicroti intercepta, sed subito recu[r-]
rens facultas; serrini & vibrantis
virtus valida, usus auctus, instru-
menti durities, in illo debilior, i[n]
hoc fortior, quæ cum duram arte-
riam distendere nequeat, vibratio-
nem excitat.

28. *Quæ sunt reliquorum pulsuum*
respectivorum causæ?

Convulsivi sympathia arteriarum
cum nervis: Undosi virtus imbecil-
lis, arteriarum plenitudo & molli-
ties,

s, ex his si magis debilitatur facul- vermiculans, formicans & inter- ttens introducitur: Myuri defi- entis facultatis privatio, quam in- quitur tandem omnimoda extin- io: Myuri recurrentis, virtutis mma debilitas, sed cum refectio- e & regressione ejusdem conjun- a: reliquorum ordinis & propor- onis pulsus, variationum princi- alium insequuntur.

9. *Quæ observet Medicus circa digno- tionem pulsus?*

1. Patientis naturam, tempera- entum, ætatem, sexum. 2. Respiciat uæ pulsuum differentia cuique sa- o propter modo dicta conveniat, & his quæ contraria. 3. Ut manum ecte applicet cum primis laboret.

30. *Circa manus applicationem quot attendenda?*

Quatuor: 1. Modum applicandi. 2. Partem cui applicanda. 3. Situm manus vel partis tangendæ patien-

tis. 4. Tempus accommodatum applicationis.

31. *Quid horum quodvis importat?*

Manus tangentis ſit vel comprimens, vel ſuſpenſa, vel mediocris primis ſaltem tribus digitis, carpum vel tempora tangat; ſit præterea manus ægri nec ſublata, nec depreſſa, nec extenſa, nec vinculo conſtricta, nec prona in volam, nec reſupina, ſed naturali ſitu reclinante ad imam digiti auricularis partem, nec ſtatim primo acceſſu, ſed paulo poſt, & cum æger extra omnem animi perturbationem ſit conſtitutus, manum patientis carpo applicet.

32. *Quid ſignant pulſus differentiæ abſolutæ?*

Magnis facultatis robur, arteriæ mollitiem, uſum auctum; Celer virtutem mediocrem, inſtrumentum molle, uſum auctum; Vehemens facultatis robur inſigne; durus arteriæ duritiem.

33. *Non-*

3. *Nonné & respectivè signa certa nobis exhibent?*

Maxime: & partim facultatis im-
cillitatem, partim instrumenti du-
iem, obstructionem, mollitiem ab
moribus vitiosis factam repletio-
m, partim virium dejectionem
signant.

34. *Quid præstant in prædictione?*

Salutem, id est vel tempestivam
exoptatam sanitatis restitutio-
em, affectus p. n. affligentis brevi-
tem, doloris mitigationem & sub-
tionem prædicendam urgent, si
um robore virtutis, sint conjunctæ
ires, nondum prostratæ, & ad me-
us festinantes, sanorum pulsuum
aturam sensim induant & imiten-
ur.

35. *Minus salutarem quando prædi-ctionem afferunt?*

Viribus cum fractis, facultate ni-
nium prostrata gravissimorum sym-
ptomatum satellitio stipatæ vehe-
menter

menter adhuc affligant, majori a-
ſumpto incremento, in pejus ruan-
qua ratione morbi vel continuati-
nem, vel curationis difficultatem
vel periculum, nî tempeſtivè ingru-
enti, creſcentivé malo occurramu-
vitæ corporisvé extremum ut præ-
dicamus ratio dictitat, periculoſ-
hæ pulſuum differentię urgent, ſum-
máque denique neceſſitas efflagitat.

DISPVTATIONVM Medicarum

DECIMA.

DE METHODO MEDENDI.

Reſpondente

JOH. CUNRADO Rohr/
LAUGINGANO-PALAT.
P. MAG.

1. Me-

1. *Methodus Medendi quid præſcribit?*

Egitimam ac methodicam cu-
randi ratioñe, induſtrius quam
dicus, omnimodam circa rerum
alubrium remotionem, neceſſa-
obſervat; cujus ductu morbum,
manum præter naturę legem cor-
s infeſtantem, tollit: cauſam va-
rum affectuum, admirandæ par-
um ſtructuræ infenſiſſimorũ, pro-
eatricem ſupprimit: diras durasvé
mptomatum vires frangit, vehe-
entiam coercet, inſultum repri-
it, hisq́ue profligatis denique o-
nibus priſtinam corpori ſanita-
em reſtituit.

2. *Vt hæc aſſequatur, quotnam Medico curanti obſervanda?*

Tria potiſſimùm: 1. Ταχέως, citò.
. Ἀσφαλῶς, tutò. 3. Ἡδέως, jucundè
curet; & hæc in omni curationis
ctu probè attendat, nulláque ra-
tione negligat.

3. *Quan-*

3. Quando curat Citò?

Cùm 1. temporis commoditatem & opportunitatem. 2. rerum insalubrium aut præter naturalium naturam & conditionem. 3. laborantis constitutionem benè & rectè observat

4. Quid requirit temporis commoditas?

Ut Medicus rationem habet certam horarum, dierum, septimanarum, mensium; veris, æstatis, autumni & hyemis: cuique horum suum tribuat, nec ullum frustra præter labi sinat, ne, quod negligentia, ignavia aut cunctando neglectum, postmodum summo cum periculo attentare cogatur.

5. Rerum insalubrium conditio quid monet?

His ut succurrat circa principium, ipsæmet antequam ingravescant, vehementiora symptomata inducant, & curatu difficiles evadant, ut

monet

net Divinus Hippoc. Cùm mor-
nchoant, quicquid movendum,
ve; cùm verò consistunt & vi-
t, melius est quietem habere, *s.* 2.
or. 29. & juxta versiculum:

prime, dum nova sunt subiti mala se-
mina morbi,
Ne tuus incipiens ire resistat equus.

6. Constitutio laborantis quid importat?

Virium constantiam: his siqui-
em, nondum fractis, aut omnino
rostratis si Medicus agat, ipsamet
arum, ut & remediorum tempesti-
è adhibitorum adminiculo, natura
ò facilius causam morbificam su-
erare, affectúmque prorsus profli-
are valet.

7. *Quando Tutò curat Medicus?*

Cùm cautè & prudenter agit, nec
sua incuriositate corporis partes of-
fendit, affectum auget, & in majus
ægrum vitæ periculum præcipitat.

8. *Quo-*

8. *Quomodo potest Iucundè curare*

Dum se ad patientis captum qu
ad fieri potest, accommodat, in su
via corrigit, forma passim variat
modò interna, modò externa præ
scribit remedia; quæ hac ratione æ
gro omnino non erunt infensa.

9. *Quid est Methodus Medendi?*

M. M. est ars, quæ mediante ind
catione certum & accommodatu
indicanti pro restauranda sanitat
pristina indicatum determinat.

10. *Cur definitur per Artem?*

Quia non minus quam integr
Medicina est habitus intellectus
cum recta ratione affectivus: medi
ante enim indicatione accommoda
remedia invenit & rectè applicat.

11. *Ergo per indicationem procedit M. M.*

Imò, hæc enim est unicum ac verum medium, quo Medicus circa rerum p. n. curationem, remediorum inventionem, debitamque applicationem,

nem, si aliàs methodicè curare
it, uti cogitur.

12. *Quid est Indicativo?*

ndicatio seu ἔνδειξις est agendi in-
uatio, ex ipsa natura indicantis &
icati resultans. *Gal.2.M.M.cap.7.*
M.M.c.1.

13. *Cur indicatio respicit indicans & indicatum?*

Quia indicatio nihil aliud est
àm relatio inter hæc duo, quæ ab
dicante, ad indicatum suum, rela-
dependet; hinc sublatis hisce duo-
s, tollitur & indicatio.

14. *Ex his tribus quodnam est primarium?*

Indicans, hoc enim posito, ad in-
catum fit transitus, ex quo tandem
sultat indicatio, utrumque quæ
spicit.

15. *Quæ regulæ notandæ veniunt circa Indicans?*

1. Omne indicans vel est secun-
ùm, vel p.n. 2. Indicans p.n. sui re-
motio-

motionem, ſecundùm naturam ſu
conſervationem indicat. 3. Quod p
n. contrariis tollitur: quod ſ. n. ſi
milibus conſervatur.

16. *Quid eſt Indicans?*

Eſt Ens, quòd, ſecundùm vel p. n
in corpore permanens, ad ſui con
ſervationem vel remotionem auxi
lium certum requirit.

17. *Quid denotat illud, ſ. vel p. n.?*

Nihil aliud, quàm morbum, mor
bi cauſam, & vires; quæ in corpor
vel ſecundùm, vel p. n. tanquam i
ſuo & indicantis adæquato ſubjecto
exiſtunt & vigent.

18. *Cur additur vox (permanens?)*

Ut demonſtretur, 1. quòd indi-
cās ſemper debeat eſſe præſens, non
præteritum aut futurum; cùm, quod
præteriit, non curetur: nec, quod fu-
turum, tolli poſſit. 2. quòd aliquan-
diu in corpore permaneat & com-
moretur, nec inſtar umbræ citò eva-
neſcat, aliàs nullum requireret au-
xilium.

19. *Re-*

19. *Requiritné Indicans auxilium?*

Omnino: omne enim indicans vel sui ablationem vel conservationem per certum aliquod axilium indicat, quod aliàs & juvans seu indicatum nuncupatur.

20. *Quotuplex est Indicans?*

Duplex: 1. Primarium, quod vicissim triplex: I. Curatoriũ, ut morbus. II. Præservatorium, morbi causa. III. Vitale seu conservatorium, vires. 2. Accidentarium.

21. *Quid est indicans curatorium?*

Est morbus in corpore humano permanens, qui ad sui ablationem certum remedium designat.

22. *Quid est indicans præservatorium?*

Est causa morbifica antecedens, in corpore humano permanens, quæ ad sui ablationém, corporísque præservationem certum remedium designat. *Gal. l. 1. de Comp. Phar. per genera, c. 4.*

23. *Constituitne causa antecedens hoc indicans?*

Omnino, hæc enim & morbum antecedit, & procatarcticæ viam præparat, continentem gignit, fovet, auget, & quò minus curari morbus possit prohibet: hinc ipsi debetur præservatio, qua ejus motus inhibetur, vis frangitur, continenti fomentum minuitur, & corpus contra ulteriorem ejus impetum præservatur.

24. *Quodnam indicans constituit causa continens?*

Unà cum morbo curatorium, quia posita hac ponitur ipse morbus, & contrà sublata hac tollitur morbus, cui debetur curatio, quæ cùm in causam redundat, cum hac & illum removet.

25. *Estné symptoma indicans, cum sit res p.n.?*

Quatenus est symptoma, aliudq; p.n. instar umbræ sequitur, ad ejus abla-

...tionem ſubitò evaneſcit, indi-
...tis nomen haud meretur:ſed pro-
...ehementer affligit, morbum au-
..., vires frangit, corpus enervat,
...mum minatur periculum, cau-
...ationem induit & ad præſerva-
...um refertur.

...26. *Quid eſt vitale indicans?*

...Virtus ſeu vires in corpore hu-
...no vigentes, quæ ad ſui conſer-
...ionem certum deſignant auxi-
...m.

27. *Cur dicitur Vitale?*

A ſuo fine, qui eſt vitæ conſerva-
...; veluti enim oppreſſis & omni-
... proſtratis viribus Mors accelera-
...: ita contrà iisdem ſalvis & vi-
...ntibus Vita prolongatur.

...8. *Quomodo primarium indicans dividitur?*

...1. In genericum, quod tantùm ge-
...rale indicat auxilium, aliàs in ar-
...ciosum, vulgare & commune, ut
...orbus indicat auxilium, quo tol-
lendus.

lendus. 2. Subalternum, quod prox-
mius indicat remedium, ut morbi
intemperiei calidæ, alterans frig-
dum. 3. Specificum, quod proxim
verum indicat juvans, ut morbus f
gidus in 3. g. alterans calidum in e
dem gradu designat.

29. *Quodnam accidentarium indi-
cans?*

Quod per accidens mediante pr
mario auxiliorum inventioni inse
vit; quid, quantum, quomodo, qua
do agendum, magis magis vé dete
minat, ipsámque naturam primari
rum ac verorum indicantium ult
rius confirmat.

30. *Quæ sunt accidentaria illa
indicantia?*

Temperamentum, ætas, sexu
consuetudo, locus, regio, anni te
pora, constitutio cœli, vitæ genu
ἰδιοσυγκρασία, partis affectæ præsta
tia, conformatio, situs, sensus, acti
figura; vires remediorum.

31. Q

[3]1. Quæ dicuntur Coindicantia & Contraindicantia?

Quæ cum veris indicantibus con[...]tiunt, idemque auxilium inve[...]unt, inventum confirmant, ac ul[...] promovent Coindicantia dicun[...]r: quæ veris indicantibus contra[...]ntur, quod ab iis fuit indicatum [...]ſuadent, aliudque illi contrarium [...]dicant, Contraindicantia appel[...]ntur.

32. Quid eſt Indicatum?

Indicatum eſt auxilium ab ipſa in[...]cantis natura determinatum.

33. Quibus alias inſignitur nominibus?

Variis paſſim ab Authoribus ex[...]rimitur; interdum auxilium, ju[...]ans, utile poſtulatum: interdum [...]opus ſecundus, conferens, & re[...]edium nuncupatur.

34. Quomodo dividitur Indicatum?

In, quid agendum, mediante in-

dicatione inventum; & rectum m
teriæ indicati usum.

35. *In quo consistit, quid agendum?*

In rerum p. n. remotione & v
rium conservatione, atque sic, 1. e
curatorium, morbum quod tolli
2. præservatorium causæ morbific
contrarium. 3. vitale, quod vires f
vet, reficit, conservat.

36. *Ergò & Indicatio erit triplex?*

Maximè, cùm enim indicans &
indicatum sit triplex, & indicatio, e
horum respectu quæ resultat, er
triplex: 1. curatoria, quæ morbi; 2
præservatoria, quæ causæ morbific
remotionem, indicat; 3. vitalis, qu
virtutis custodiam per similia in
nuit.

37. *Quæ requirit legitimus auxiliorum Usus?*

1. Debitam remedij qualitatem
2. quantitatem, 3. formam & figu

m. 4. modum. 5. convenientem
cum. 6. accommodum exhibendi
teriam auxilij tempus.

38. *Cur dicis, Materiam auxilij?*

Ut cognoſcatur differentia inter
uxilium, & Materiam auxilij: Au-
ium ſeu remedium eſt id quod ab
dicãte ad ſui remotionem & con-
vationem eſt indicatum: Materi-
n auxilij conſtituit illud, quod ap-
icatum indicanti ſatisfacit, vari-
nque eſſe poteſt & multiplex.

39. *Declares id exemplo quodam velim?*

Morbus intemperiei frigidæ in,
indicat alterans calidum in, 3. ad
em gradum referuntur *abrot. aſar.
nom. hyſſop. ſan.* & alia ſimplicia:
c alterans in, 3. dicitur auxilium;
a verò ſimplicia enumerata mate-
em conſtituunt auxilij.

40. *Ex quo cognoſcitur Qualitas remedij?*

Ex ipſa indicantis natura, indica-

tum enim per omnia indicanti ſatis-
faciat, quod ſi ſit p.n. ſibi cõtrariam;
ſin vero ſecundùm ſimilem, in indi-
cato deſignat qualitatem.

41. *Doſin quæ indicant?*

1. Magnitudo affectus, quæ col-
ligitur ex ſymptomatum vehemen-
tia. 2. partis affectæ ſubſtantia, tem-
peramentum, ſitus, & dignitas: qua
enim ſolidioris eſt ſubſtantiæ, re-
motior & ignobilior, validiora re-
quirit remedia.

42. *Figuram remedij quæ deter-
minant?*

Partium quibus applicandum ſu-
perficies, figura, ſitus, meatus, cavi-
tates, diſtantia.

43. *Qui eſt conveniens applicandi
locus?*

Is, ad quem natura partis affecta
ut & materia evacuãda potiſſimùm
inclinat; aut quò remedium indica-
tum commodè ſuam vim & actio-
nem in indicans exerere, idque ve-

impu

impugnare, vel conservare, valet: ad quod collimat *Hippocr. s. 1. aphor. 21.* Quæ ducere oportet, quò natura maximè vergit, per loca conferentia, eò ducere convenit.

44. *Quodnam est opportunum exhibendi tempus?*

Illud, quo remedium præsenti indicanti seu affectui ritè disposito succurrere potest, quod unanimi indicantium consensu & contraindicantium absentia adumbratur, nobisque innotescit.

45. *Estne & ordo observandus?*

Maximè, sed hic commodè referri potest ad tempus: cùm in hoc ordine tantùm notetur quid prius, quid posterius sit exhibendum, per quæ aliàs definitur tempus.

46. *Quid ergò prius agendum?*

Id quod ab indicante prævalente, magis urgente, reliquaque fovente requiritur; quo pacto tandem reliquis indicantibus eò melius ac felicius succurrere valemus.

47. Ec-

47. *Ecquid Indicatio Vitalis in Aegro requirit?*

Virium custodiam ac refectionem, accommodo quæ procuratur corporis alimento, quo spirituum, partiumvé, tùm carnosarum, cùm spermaticarum integritas, in qua radicantur vires, conservatur; sin verò imminuta, reparatur.

48. *Quæ inserviunt generationi alimenti?*

Sex res non naturales, cibus & potus primò & per se, tanquam causæ materiales; reliquæ pet accidens, tanquam causæ adjuvantes.

49. *Victus qualis est materia Alimenti?*

Ex qua: cùm victus tanquam principium materiale & constitutivum sanguinis, qui hîc alimenti nomine notatur, constitutionem ingrediatur.

50. *Nonne idem præstant reliquæ res non naturales?*

Non,

Non, ſed tantùm calorem excitando, ſpirituum diſſipationem impediendo, tempeſtivæque humorum excrementitiorum expulſioni proſpiciendo, materiæ alimenti alterationem & converſionem commodiorem promovent.

51. *Circa victum exhibendum quot ſunt notanda?*

Quinque: forma, qualitas, quantitas, tempus, & modus.

52. *Quid intelligitur per formam alimenti?*

Vis refectrix & conſervatrix, qua alimentum viribus opitulatur & ſuccurrit fractis, præſentesvé tuetur, & contra cauſæ morbificæ impetum defendit.

53. *Quotuplex eſt victus forma?*

Triplex: 1. craſſa & exactè plena, quæ vires & tuetur, & auget. 2. mediocris & ſimpliciter plena, quæ vires ut invenit, ita & conſervat. 3. tenuis, quæ minùs, quàm opus erat, vires reficit.

54. In qua forma ægro exhiberi debet victus?

In ea, quam patientis vires ad sui conservationem & refectionem indicant, & ipsa causa morbifica permittit.

55. Ergo & causa morbifica terminat victum?

Imò, non verò ut indicans, sed ut permittens, vel prohibens.

56. Quomodo permittit, aut prohibet?

Vires cùm sunt robustæ, status morbi remotior, natura minus est occupata in expugnanda causa morbifica: hic vires indicant uberiorem victum, quem causa morbifica permittit; sin secus, prohibet.

57. Quando igitur plenior imperanda victus forma?

Cùm, viribus adhuc infractis seu validis, natura minus est in oppugnanda causa morbifica occupata, status remotior, morbusque hac ratione tardius, & longius existit.

58. *Quam ob rem?*

Quia ſi tenuior offerretur victus, debilitata natura, & à cauſa morbifica tandem evicta, vires ſtatum expectare minimè valerent.

59. *Quando utamur tenuiori victus forma?*

Cùm natura in expugnanda cauſa morbifica magis eſt occupata, ſtatusque morbi propinquior, inprimis in morbo acuto, hic quò eſt acutior, eò tenuior victus imperandus.

60. *Cur id faciendum?*

Quia ſi pleniorem imperaremus victum, auctâ cauſâ morbificâ, natura à ſuo propoſito avocata & obruta, vires ante ſtatum prorſus ſuccumberent.

61. *Craſſa victus forma quot habet gradus?*

Tres: 1. ſummum, qui fit per carnes, piſces, ova, ptiſanam hordeaceam integram. 2. medium, qui piſces & ova admittit. 3. infimum, in

quo etiam ptiſana hordeacea integra exhibetur.

62. Quotuplex eſt tenuis?

Triplex: 1. ſimpliciter talis, qua ptiſana colata. 2. tenuior, qua ptiſanæ ſuccus. 3. tenuiſſima, qua melicratum offerre licet.

63. Quæ exhibet mediocris victus forma?

Panem in jure lotum, & carnes pullorum.

64. Variantné hi gradus interdum?

Imò, cùm in multis regionibus ac locis uſitatior ſit victus plenior; in aliis verò tenuior: & ſic gradus, horum reſpectu, paſſim alia atque alia agnoſcant aſſumptorum genera.

65. In uno affectu nonne variat victus forma?

Non, ſed à principio uſque ad finem, victu in eadem, quæ illi competit, forma, mutata quantitate, utamur oportet; unus cùm & idem af-

fectus

fectus semper forma sit & maneat idem, licet passim variet quantitate, ad quam tandem & victus dosis exigenda.

66. In qua dosi victus exhibeatur?

In principio affectus in summâ, in augmento in mediâ, in statu in infimâ; in declinatione, aucta sensim quantitate, ad summam ascendamus.

67. Cur id ita est observandum?

Quia quantitas victus augenda & minenda est pro virium robore, aut imbecillitate, naturæ pugna cum causa morbifica; quæ in dictis morbi temporibus maximè variant.

68. Victus nonne semper eodem modo offertur?

Non, interdum enim & præsertim in statu, quo naturæ pugna cum causa est vehementior, dividitur, & per vices administratur dosis; tùm ut viribus sæpius succurratur infirmis,

tùm ne copiâ victus lucta inter naturam & causam morbificam disturbetur: sed potius vires majore hac cibandi ratione, robore assumto, validius causam morbificam impugnent.

69. Nonne his & alia adjungenda?

Maximè, juxta suasum Hippocr. consideranda sunt præter vires, materiam, & causam morbificam; ætas, consuetudo, regio tempus, quæ unà cùm prædictis determinant, in qua dosi victus, & dosis præfinita quomodo, an simul & semel, vel distinctis vicibus: an sæpè, vel rarò locum obtinere possit.

70. Quibus id notat verbis Hippocrates?

His: Quibus semel aut bis, quibus plura aut pauciora particulatim afferre oporteat considerandum; condonandum enim aliquid tempori, regioni, ætati, consuetudini. *aph.* 17. *s.* 1.

71. *Quænam sit Qualitas victus?*

Ea, quæ naturæ, temperamento, viribus, ætati, ac consuetudini conveniens, morbo autem ejusque causæ contraria; ad quod collimat etiam *Hippocr. aphor.* 16. *s.* 1. Victus humidus omnibus febricitantibus confert, maximè vero pueris, & iis, qui tali victu uti consueverunt.

72. *Tempus exhibitionis estné scitu necessarium?*

Omnino, tempora enim morbi suas habent latitudines, ac per sæpe septimanarum, dierum, horarum multarum periodo circumscribuntur: E. oportet, ut præfinitè sciamus, qua hora, aut particularibus temporibus cibus commodè exhiberi possit.

73. *Quo E. præfinito tempore est exhibendus?*

1. In longis & continuis, vel ea hora, sani qua sunt consueti cibum sumere, vel minoris afflictionis tem-

tempore. 2. in intermittentibus ἀπυρεξίας, in febricitationis & declinationis tempore. 3. in omnibus & in universum ea hora victus est exhibendus, qua illum facilè ferunt ægro & viribus ejusdem reparandis ac conservandis prodest.

74. *Hæcne strictim observandæ?*

Maximè, in methodica curatione juxta Hippocr. In accessionibus abstinere oportet, nam cibum dare nocuum; nisi, ut loquitur Fernel. urgentius quid interpellet, cui sive sit in principio, sive in fine, sive in accessione, sive in statu ipso, majus ut evitetur periculum, meritò parere & succurrere cogimur. *l.* 1. *M.M. c.* 4. *l.* 7. *M. M. c.* 12.

75. *Quid intendit Indicatio Curativa?*

Morbi remotionem, quæ fit per contraria: cùm similibus conserventur similia, & contrariis curentur contraria.

76. *Circa morbi remotionem quot ſunt notanda?*

Duo: 1. Morbus, qui tanquam ſanitati contrarium quiddam, tollendus. 2. Remedium, quo hæc ipſa motur remotio.

77. *Morbi conſideratio quid monet?*

Ut ſtudioſè inquiramus, an ſit eſſentialis, an accidentalis, & quonam ſpeciali nomine gaudeat.

78. *Remedium curativum quænam requirit?*

Contrariam qualitatem, debitam quantitatem, certam figuram, convenientem locum, & accommodum exhibendi tempus.

79. *Ex quo colligitur remedij Qualitas?*

Ex ipſa indicantis ſcil. morbi natura & qualitate; remedia enim ſeu indicata indicantibus ſatis facere oportet, ut ſuprà *q.* 40. fuit dictum, ubi pariter & reliquorum requiſi-

torum

torum remediorum explicationem subjunximus.

80. *Quomodo curatur morbus intemperiei?*

Remedio alterante, ſed contrario, appropriato, debita doſi, tempore oportuno, loco convenienti, & figura amica, adhibito.

81. *Nonne ſemper unum alterans exhibetur?*

Non, ſed variat pro ratione intemperiei, cui opponitur; & ſimplex ſimplici; calidum frigidæ, frigidum calidæ; humidæ ſiccum, ſiccæ humidum: compoſitum compoſitæ indicatum occurrit.

82. *Quid ſi intemperies eſt materialis?*

Immaterialis nudum admittit alterans: materialis verò primum materiæ, aut alterius rei intemperiem foventis evacuationem indicat, hac præmiſsâ ſui alterationem poſtulat.

83. *Mor-*

3. Morbi occultarum quali. quibus expugnantur remediis?

Alexipharmacis, seu iis quæ occulta qualitate malignitati introductæ resistunt, ejus vires frangunt, insultum & violentiam inhibent; fractam & prostratam unà cum causa movente omnino opprimunt.

84. Organici qualia indicant remedia?

Contraria, quæ eos, sive sint numeri & magnitudinis morbi, sive compositionem violent atque conformationem, impugnare & appositè curare valent.

85. Quæ sunt apposita morborum in numero, magnitudinis, & compositionis remedia?

Ea, quibus 1. partium organicarum in numero & magnitudine excessus minuitur, defectus verò suppletur. 2. partes luxatæ debito reponuntur, p. n. disjunctæ conjunguntur, conjunctæ verò disjunguntur.

86. Cir-

86. Circa læsam conformationem q[...]
sunt expedienda?

1. Ratione superficiei, asperitas e[...] laviganda, lævitas exasperanda. [...] respectu formæ, incurvata recti[...]canda, obliqua aut transversa in co[n]trarium flectenda. 3. cavitatum an[...]gustia dilatanda, astringenda, obstru[...]ctio aperienda.

87. Soluta continuitas quæ requirit?

Sui unionem, quæ respectu par[...]tium uniendarum variis passim mo[...]lienda præsidiis, quarum nonnull[...] chirurgica quædam pharmaceutica[...] quibus Medicus, naturæ subsidio[...] solutas partes firmiter unit, jungi[t] & conglutinat.

88. Unde dicta est Indicatio præservatoria?

A suo fine, qui est præservatio[...] qua causæ morbificæ antecedenti[...] motus inhibetur, vis frangitur, con[...]tinenti fomentum detrahitur, &[...]

contr[...]

ontra ejus ulteriorem insultum orpus munitur.

9. Quando res p.n. indicant causam morbificam?

Cùm in corpore morbum præceunt, procatarcticæ materiam præparant, continentem gignunt & ovent.

90. Quot modis id fit?

Quinque: 1. substantiâ. 2. qualitate. 3. quantitate. 4. motu. 5. quiete.

91. Quot modis peccant substantiâ?

Duobus, 1. per se, quæ toto genere sunt p. n. & quam diu in corpore existunt, aut extiterunt, naturæ nunquam convenerunt, sed prorsus ab eadem dissident; & ob id per se & simpliciter peccant. 2. per accidens, quæ secundùm quid tantùm p. n. dicuntur, cùm prius naturales fuerint, postmodum à priori constitutione deflectentes, causæ morbificæ naturam induerunt; & ita tantùm per accidens peccant.

92. Quid

92. Quid utræque indicant?

Sui remotionem, partim extr ctione globi, calculi, festucæ, te partim evacuatione humorum, ve mium, flatuum; tam per chirurgic quàm pharmaceutica præsidia qu expediendæ.

93. Quotuplices sunt humores evacuandi?

Duplices: 1. alimentarij, qui sar guinis differentias suo comprehen dunt ambitu. 2. excrementitij, qu les utraque bilis, pituita, serosu aquosus humor; & alij, qui passi hinc indè in corpore colliguntur.

94. Humoribusné tantùm substanti vitium obtingit?

Minimè, sed præter hoc, & qua litatis, quantitatis, motus ac quiet p. n. labe affecti, causæ morbific vices subeunt.

95. Humorum qualitas p.n. quomodo corrigendæ?

Contrariis qualitatibus, prima

op po

ponantur primis, ſecundæ ſecun-
s; & occultæ impugnentur occul-
, aut tota ſubſtantiâ agentibus.

96. Quot modis peccat humor Motu?

Tribus, modo, tempore, loco. Modo, quo plus vel minus, quàm decet, evacuatur: Tempore, quo citius vel tardius, quàm par eſt, movetur: Loco, ubi nec ad- nec per conſentientia loca ducitur.

97. Quibus his ſuccurrendum remediis?

Quatenus plus vel minus movetur, minuentibus aut perficientibus; ratione temporis intercipientibus & promoventibus; reſpectu loci revellentibus, derivantibus & reprimentibus.

98. Quiete quando peccant Humores?

Evacuationes conſuetæ cum ſupprimuntur, aut humores particulatim ipſis ſunt impacti partibus, minusque

nusque apti adfluendum, ut passi
in variis tumorum & abscessuu
generibus videre est.

99. Quænam humor impactus requir
remedia?

Maturantia, emollienta, resolve
tia, aperientia, discutientia, & attr
hentia.

100. Quid tentandum circa eva-
cuationes suppressas?

Exhibenda, quæ compressionem
tollunt, angustiam dilatant, obstru
ctionem, humores crassos inciden
do, glutinosos attenuando, viscoso
abstergendo & evacuando, aperi
unt; hacque ratione materiæ evacu
andæ viam sternunt, & motum con
ciliant.

101. Sanguis quantitate quot modis
peccare potest?

Duobus: 1. defectu, qui victu re
staurante suppletur. 2. excessu, qui
minuentibus corrigitur.

102. *Quo-*

102. *Quotuplicia ſunt Minuentia?*

Duplicia: 1. leviora, ut inedia, excitium, balneum. 2. valentiora, alia ſunt: hirudines, ſcarificatio ...m & ſine cucurbitulis, hæmor...oidum provocatio, menſium flu...us, & venæ ſectio.

103. *Quomodo prioris generis minuunt?*

Calorem nativum excitando & ...ugendo, quo ſubſtantia partium, ...primis ob inediam h. e. denega...um alimentum, ſenſim depaſcitur: ...piritus & vires reſolvuntur: ſan...uis aut in vaporem & ſudorem cõ...erſus per poros educitur, aut ab iis...em partibus ad ſui conſervationem ...tractus, tandem imminuitur.

104. *Quem ſanguinem proximè evacuant cucurbitulæ & ſcarificatio?*

Intercutaneum: hoc vero evacua...o, partes novum è venis majoribus ...trahunt; & ita pluribus in locis adhi-

adhibita ſcarificatio & cucurbitu
primò partium, conſequenter
totius ſanguinem evacuant & i
minuunt.

105. *Nonne in aliis, præter plethora*
affectibus, iis utimur?

Maximè, ut in ſcàbie, cutis infla
matione, ulceribus inveteratis, ga
græna, tumoribus peſtilentialibu
morſu, ictu animalium venena
rum.

106. *Cur in his adhibentur?*

Quia citius ac facilius mater
venenata, peſtilentialis, malig
acris & putrida, hoc præſidij gen
educitur; atque ita majus malum
periculum præcavetur.

107. *Hirudines quomodo ſanguine*
evacuant?

Exugendo, rectè præparatæ & a
poſitæ venis brachii, ſalvatellæ, h
morrhoidalibus, crurum, & al
ſanguine turgentibus.

108. *Me*

108. *Mensium & hæmorrhoidum fluxus quid conferunt?*

Naturæ à redundante sanguine aggravatæ succurrunt; cùm venæ hæmorrhoidales à vena cava & portæ suam originem ducant: & aliàs menstruo fluxu in puellis natura sanguinem redundantem exturbare conetur.

109. *Estné Venæsectio his validior?*

Omnino: cùm sanguinis redundantis vitium celeriùs, majori cum corporis commotione, spirituum dissolutione, ac virium jactura tollat.

110. *Quam præstat utilitatem Venæsectio?*

Sanguinem corruptum & abundantem exturbat, ac minuit, in partem irruentem revellit, illapsum ad vicinas partes derivat, corpus calore obrutum refrigerat.

111. *Quæ indicant Venæ sectionem?*

Sanguis putrescens, redundans,

effervescens, & præter naturam fluens.

112. *Hisné semper competit Venæ sectio?*

Maximè: si adsit virium constantia, ætas media, aëris constitutio temperata, consuetudo, corporis habitus non facilè solubilis; hæc permittunt: horum contraria prohibent.

113. *Quantum est evacuandum?*

Tantum, quantum ejus natura, qui debet perferre, permittit, causa morbifica requirit, ac interdum ad lipothymiam usque juxta *Hippocr.* si æger tolerare possit. *sect.* 1. *aphor.* 3. *&* 23.

114 *Quænam vena est incidenda?*

Ea, quia proximè affectui tollendo succurritur: sanguini putrescenti & redundanti conveniunt venæ brachij; menstruis oppressis, & hæmorrhoidibus saphena, vel vena malleoli & hæmorrhoidum: affectibus

bus capitis vena pollicis & frontis; epati & lieni ſalvatella, & aliæ, cùm revellendum ac derivandum, illis diametraliter oppoſitæ, & quæ cum partibus affectis quandam communionem habent, ſive ſint vicinæ, ſive remotæ.

115. *Quo tempore incidenda vena?*

1. Reſpectu temporum morbi, in principio. 2. ratione temporis anni, ac diei; vere, autumno, & ſpeciatim horis matutinis, duabus aut tribus poſt ſomnum.

116. *Quando neceßitatis tempore?*

Quovis cùm anni, noctis tùm diei tempore incidatur vena: omnino nulli cùm ſubjecta ſit legi Neceſſitas.

117. *Excrementitiorum humorum redundantia quid cauſatur?*

Cacochymian, ipſius quæ pro humoris redundantis diſcrepantia, &

& ipſa diſcrepat, ſuique remotio-
nem, quæ purgatione molienda, in-
dicat.

118. *Quotuplex eſt Purgatio?*

Duplex: 1. Univerſalis, quæ ex
publicis. 2. particularis, quæ ex pri-
vatis corporis regionibus excre-
mentitios evacuat humores.

119. *Quæ ſunt publicæ corporis Regiones?*

Tres: quarum prima, medium
epatis, venas meſaraicas, ventricu-
lum, inteſtina cum ramis venæ por-
tæ, ſuo ambitu comprehendit. 2. à
medio epatis ad habitum uſque cor-
poris ſe extendit, gibbam jecoris
partem, venas majores, & arterias
univerſas continet. 3. habitum cor-
poris, muſculos, membranas, vaſa
minora, & alia reſpicientem com-
plectitur.

120. *Quot ſunt differentiæ univerſalis purgationis?*

Quinque, quarum 1. fit per ἀδηλο-
δια

διαπνοὴν, h. e. insensilem transpirationem. 2. per urinam. 3. per sudorem. 4. per vomitum. 5. per alvum.

121. Per quæ fit insensilis evacuatio?

Per poros cutis: dicitur autem insensilis, 1. ratione meatuum, qui sunt insensiles, ut pori cutis. 2. humoris respectu evacuati, sensus nostros omnino fugientis.

122. Per Diuretica quinam educitur Humor?

Serosus, aquosus, biliosus, aut pituitosus; in gibba epatis parte, renibus, vesica, meatibus urinariis, ac venoso genere contentus.

123. Quibus non convenit evacuatio per diuretica?

Macilentis, tabidis, febricitantibus; meatus, vesicæ, renum ac epatis inflammatione, soluta unitate, exulceratione laborantibus, aut morbis, subitaneam evacuationem indicantibus, affectis.

124. *Cur his dicta evacuatio non competit?*

1. Quia diuretica ſunt calida, & ob id majorem inflammandi, exiccandi, corrugendi & exulcerandi vim habent. 2. non confertim, ſed ſenſim humores attenuant, & per urinam educunt.

125. *Sudorifera nonne totum evacuant?*

Imò, hæc enim ſuo calore humores biliosos, pituitoſos, aquoſos & ſeroſos tùm in venis majoribus, meatibus, cùm in habitu, attenuant, fundunt, & per poros à ſe dilatatos educunt.

126. *Quas alias requirit conditiones hæc evacuatio?*

1. Sit mediocris. 2. poſt febrium fiat paroxyſmos. 3. facta ventriculi concoctione. 4. præmiſsâ univerſali evacuatione, ne relictis crudis, tenues evacuentur.

127. *Quando Vomitus habet locum?*

Cùm humor, ventriculum, gulam, cavam epatis partem occupans, ſurſum vergit, & per ſuperiora exitum quærit.

128. *Purgatio per alvum eſtne prædictis validior?*

Maximè, ut enim venæſectio inter ſanguinem evacuandi modos eſt fortior: ita & inter humores excrementitios exturbandi præſidia eſt validius, purgatio per alvum.

129. *Quando tentanda eſt purgatio?*

Cùm materia evacuanda ſcil. humores maximè ad inferia vergunt.

130. *Omnisne purgatio per alvum tres ſimul regiones evacuat?*

Non: alia enim eſt lenis, quæ per medicamentia lenientia humorum vitioſum ex prima tantùm, citra moleſtiam & periculum, quovis tempore evacuat: alia vehementior, quæ

vehementioribus præſidiis, ex remotioribus & publicis regionibus vitioſam materiam exterminat.

121. *Quinam à vehementiore arcendi?*

Pueri, ſenes, gravidæ, tabidi, macilenti, imbecilles; convulſione, menſtruo, aliisque fluxibus nimium laborantes, & ſani.

132. *Cur hîc meminis ſanorum?*

Ideò, quòd multi inveniantur, qui levi de cauſa, & corpore bene ſe habente, ſingulis ferè menſibus purgationi indulgent violentiori; quo fit, ut ſenſim ſubſtantia partium, ſpiritus viresq́ue reſolvantur, ac citius inopina mors acceleretur: qui enim corpore bene ſe habent, difficulter ferunt medicationes, ait *Hippoc. ſect. 2. aphor. 37.*

133. *Quid hanc purgationem indicat?*

Humores, ſecundæ & tertiæ corporis regionum, qualitate peccantes

tes, cacochymiam, ſeu multorum cauſam morborum validam producentes.

134. *Cacochymia reſpicitne humores qualitate peccantes?*

Maximè, ſed per qualitatem hîc non prima, ſed ipſa forma, idea & ſpecies humoris eſt intelligenda.

135. *Qualia requirunt hi humores remedia?*

Talia, quæ ſingulari ſubſtantiæ proprietate, ab occultis dependente qualitatibus, determinatos ſibiq́ue familiares humores, ab aliis, expultricis auxilio ſegregant, ſegregatos ad ſe alliciunt, allectos tandem foràs eliminant.

136. *Differúntne hæc Catarctica inter ſe?*

Differunt, veluti enim humores evacuandi, tanquam indicantia, à ſe invicem diſtinguuntur: ita & auxilia, tanquam indicata, & illis oppoſita, inter ſe differunt.

137. *Quotuplices ſunt humores evacuandi?*

Quadruplices: 1. biliosi, quos cholagoga. 2. pituitoſi, quos phlegmagoga. 3. melancholici, quos melanagoga. 4. aquaſi, quos hydragoga, evacuant catarctica.

138. *Semperné ſimplex reperitur humor evacuandus?*

Minimè, interdum prædicti miſcentur, qui tandem vel mixtis catarcticis evacuantur, vel etiam non nulla ſimplicia catarctica quos educunt, ut rhabarb. bilem & pituitam; ſena pituitam & melancholiam; & alia huc referenda, quæ mixtis educendis apta.

139. *Quantum purgandum?*

Quantum cauſa morbifica requirit, vires, ætas, tempus, corporis conſtitutio, & ſymptomata permittunt.

140. *Nonné ſimul evacuandus humor?*

Imò

Imò, si indicantia, consentientia, & permittentia bene se habeant; sin secus, distinctis & iteratis vicibus purgatio est tentanda.

141. *Quo Tempore est purgandum?*

Respectu temporis physici, vere, autumno: horis matutinis, & illis diebus, in quibus nullæ stellarum evidentes contingunt mutationes: ratione morbi, in declinatione, facta concoctione, & debita præmissa præparatione.

142. *Nonné reliquis morbi temporibus purgatio competit?*

Non, nisi minorativa, & cùm materia turget: concocta enim medicari ac movere, non cruda, fas est; neque in principiis, modò non turgeant. *Hippocr. s.* 1. *aphor.* 22.

143. *Quot modis fit præparatio?*

Duobus, 1. respectu humoris, qui attenuetur, incidatur & fluxilis reddatur. 2. ratione meatuum, qui aperien-

riendi, ampliandi, laxandi, humectandi: juxta illud Hippocr. Corpora cùm quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere.

144. *Quæ ſunt Notæ bonæ Purgationis?*

Sitis urgentia & corporis facilitas: prodeuntium promtitudo: hocque confirmat Hippocr. Qui medicamentis purgati non ſitiunt; non quieſcunt, priuſquam ſitiant: & ſi, qualia oportet purgari, purgentur; confert, & facilè ferunt: ſin contrà, difficulter: In medicationibus educere è corpore ſponte prodeuntia, utile; contrario quæ modo prodeunt, cohibere oportet. *ſect.4. aphor.19. ſect.1.aphor.25. ſ.4.aph.2.*

DISPUTATIONUM Medicarum UNDECIMA. DE CHIRURGIA.

Respondente

JOHANNE Klein / NORD-LINGÂ-RHETO.

1. *Quid est Chirurgia?*

CHirurgia est ars removendi rem p.n. corpus humanum affligentem, & remediorum materiem ad sui remotionem, sola & artificiosa manuum opera applicandam, indicantem.

2. *Unde dicta est Chirurgia?*

Ἀπὸ τοῦ ἔργου καὶ τῆς χειρὸς, ab opere, seu ipsa operatione, quam chirurgus circa affectuum chirurgicorum, omnimodam remotionem aut corre-

correctionem, chirurgiæ ex præſcri-
pto ac ductu, ſuſceptam, aſſidua ma-
nuum operâ, & artificioſa applica-
tione, perficit & continuat.

3. *Eſtné Medico neceſſaria chirur-giæ cognitio?*

Omnino, idque triplicem ob ra-
tionem, prima quarum eſt deſumpt
à medicinæ perfectione. 2. à medic
authoritate. 3. à fideli ac vera circ
operationes chirurgicas directione

4. *Cur definitur Chirurgia per artem?*

Quia imitatur naturam totius, &
tanquam habitus intellectus, no
corporis, cunctas chirurgi operatio-
nes, ad rectæ rationis ac experien-
tiæ ductum, fore ſuſpiciendas ſua-
det, ſuſceptas dirigit, atque exopta-
tum ad finem perducit.

5. *Vnde deſumpta eſt differentia?*

A ſubjecto chirurgiæ tractatio-
nis: quod eſt corpus humanum p. n
affectum, quatenus remediis ma-
nuum

nuum artificiosa opera applicandis atque dirigendis curatur.

6. *Quodnam est materiale subjecti Chirurgici?*

Corpus humanum p.n. affectum, circa quod & reliquæ sunt, occupatæ therapeuticæ partes: cum una eademque materia seu res considerata citra reprehensionem ac præceptorum confusionem, in distinctis disciplinę, & facultatis partibus, quid? in disciplinis re ipsa discrepantibus considerari queat.

7. *Quid importat formale?*

1. Subjecti Chirurgiæ determinationem, cum non quodvis corpus p. n. affectum, sed in ejusmodi rerum p. n. classe constitutum, quæ ad sui remotionem, remedia non nisi artificiosa manuum opera applicanda & dirigenda exposcunt. 2. discrepantiam qua à diætetico & pharmaceutico distinguitur considerandi modis: cum illa corpori p. n. affecto le-

gitimo

gitimo rerum non naturalium usu, hæc medicamentorum rectè præparatorum oblatione, artificiosa neglecta manuum applicatione ac directione succurrat.

8. *Quænam ad hanc operam perficiendam sunt necessaria?*

Chirurgus seu primarium agens, ministri seu collaborantes, instrumenta chirurgica, lux, tempus & locus.

9. *Quot sunt partes chirurgiæ?*

Duæ: 1. σωματολογία quæ agit de corpore humano variè p. n. affecto. 2. ὀργανολογία quæ instrumentorum, quibus corpori affecto succurritur ἐξεργασίαν suscipit.

10. *Corpus quomodo hic p. n. afficitur?*

Quum ejus partium deprehenditur excessus, defectus, putredo omnimoda, caloris & vitæ extinctio, insueta conjunctio molesta dissolutio, figuræ distorsio.

11. Hæc-

11. *Hæcne ſimul cuivis accidunt parti?*

Nequaquam: & ex his interdum corpori tantum accidit exceſſus, quem introducunt vel ab extra quæ corpori immittuntur, vel in eodem generantur.

12. *Quænam corpori immittuntur?*

Tela, globi ſclopetarij, feſtucæ, ſpinæ piſcium, oſſicula, vermes in aures reptantes, pulvis in oculos illapſus, cultelli, crines, &c.

13. *Quotuplicia ſunt quæ in corpore generantur?*

Duplicia 1. quædam ſunt toto genere p.n. ut calculus, vermes, variæ carnis, cutis, oſſium, excreſcentiæ, in oculis, pedibus naribus faucibus, pudendis. 2. quædam ſecundum naturam in eo producta, ſed poſtea corrupta, fœtus mortuus, caro putrida, oſſa corrupta & pars emortua.

14. *Quot modis hæc è corpore tolli poſſunt?*

Qua-

Quatuor. 1 excisione. 2. amputatione. 3. extractione. 4. incisione.

15. Quæ tolluntur excisione & amputatione?

Excisione, fœtus adhuc vivus, calculus, hernia carnosa, polypus, verrucæ, calli & clavi; amputatione, ossa partesque carnosæ, prorsus corrupta & emortuæ.

16. Extractio & incisio quænam removent?

Extractio globos, festucas, spinas, ossa, dentes, calculum, urinam: incisio verò humores peccantes, & aliud præsidij genus respuentes, ut in plethoricis, asciticis, cacochymicis, & aliis humoribus.

17. Quot sunt incisionis differentiæ?

Quatuor: 1. phlebotomia. 2. paracentesis. 3. scarificatio. 4. simplex apertio.

18. In quibus partibus hæ adhibentur?

Phle-

Phlebotomia in iis quæ venas
vacuationi perficiendæ accommo-
atas continent, paracentesis saltem
n abdomine ac scroto, scarificatio
n partibus carnosis, simplex in tu-
noribus.

19. *Quæ accidunt corpori defectus vitia?*

1. Partium integrarum, ut oculi,
nanus, pedis, digiti, auris, nasi abla-
o, quarum in locum fictitiæ, saltem
ubstitui possunt. 2. partium immi-
utio, quæ si carnosæ, eas chirurgus
mplasticis, carnem generantibus
esarcire & redintegrare potest.

20. *Nonné & pharmacia versatur circa Emplastra?*

Imo, sed alio respectu, vel prout
a à medico præscripta secundum
rtem sunt componenda: chirurgus
ero ea considerat, quatenus confe-
ta parti affectæ debita forma, tem-
ore, & modo sunt applicanda.

21. *Quo-*

21. *Quotuplex est partium dissolutio?*

Duplex: 1. continuitatis, 2. contiguitatis, illam tam circa partes similares, quam dissimilares vulner & fracturę, hanc circa organicas varia introducunt luxationis genera.

22. *Quomodo curanda Vulnera?*

1. Si quid vulneri inhæreat eximendum. 2. turunda oleo succo aut unguento convenienti illinito nimis profundum expleat, vel angustum ampliat. 3. emplastro appropriato integatur vulnus. 4. accommoda deligatio tum firmet, cum ipsum constringat vulnus. 5. debito tempore & tam diu quæ sunt necessaria, reiteranda, donec sublato vulnere, partium unitas coaluerit.

23. *Circa fracturam quæ tentanda?*

1. Ossis fracti labia secundum naturalem formam coaptanda. 2. Splenia seu capsulæ firmamenti loco parti læsæ accommodanda. 3. Ita deligan

ligandum os fractum ut aditus semper pateat ad vulnus & exitius materiæ expellendæ.

24. *Quid indicat Luxatio?*

Repositionem, quæ ut rectè fiat. removenda impedimenta 2. meatus angusti amplificandi. 3. manu aut alio instrumento chirurgico pars prolapsa in priorem locum reponatur. 4. reposita emplastris deligamentis spleniis appensionibus, aliisque munimentis, ne rursus excidat, muniatur. *Hippocr. de offic. chir.* §. 13.

25. *Quæ requirunt sectionem?*

Quæ p. n. cohærent, ut manuum, digitorum, pedum coalescentia, linguæ vinculi brevitas narium, aurium, penis, vulnæ, ani occlusio.

26. *Circa membra distorta quæ molienda?*

1. Blanda manuum distensione, compressione, detentione. 2. accommoda deligatione. 3. corporum solidorum applicatione, à primo ortu

in

in contrarium, tam diu sunt flecten-
da, donec naturalis ipsis restituatu
figura. *Hippocr. lib. de chir. aff. §. 13.*

27. *Quot sunt primaria membra organologiæ?*

Tria quorum: 1. de chirurgo &
ejusdem collaborantibus. 2. de or-
ganis chirurgicis. 3. de reliquis chi-
rurgicarum operationum necessa-
riis agit requisitis.

28. *Quid est Chirurgus?*

Chirurgus est persona arte tollen-
di res p. n. corpus humanum occu-
pantes, & ad sui remotionem, reme-
dia artificiosa manuum opera appli-
canda dirigenda indicãtes instructa.

29. *Quem intelligis per ministrum Chirurgi?*

Barbi tonsorem, qui est ministe
medici ac veri Chirurgi, hic sit per-
sona, quæ anatomiæ & chirurgiæ
præceptis imbuta, medici & dirigen-
tis lateri attentè adstat & præcipien-
tis mandatum cito prompto ac fide-
liter exequitur.

30. *Qua*

30. *Quæ ex his colligis barbi tonſori neceſſaria?*

1. Ut ſit præceptorum anatomico-
um & chirurgicorum gnarus. 2. ju-
amento Magiſtratui obſtrictus. 3.
ecenti inſtrumentorum chirurgi-
orum apparatu inſtructus. 4. ſo-
rietati deditus. 5. veſtitu mundo
c nulli moleſto indutus. 6. Medico
lum vocanti omni remota mora
ompareat. 7. dirigenti attente ad-
et. 8. præcipienti ulla abſque con-
adictione morem gerat. 9. deman-
nta cito ne agendi commoditas ne-
igatur, promto ne Medico patien-
& adſtantibus ſit moleſtus, & fide-
ter ſine fraude ac dolo exequatur,
in actum deducat ſalutarem.

31. *Quæ ſunt inſtrumenta Chirurgica?*

Novaculum, ſcalpellum, phlebo-
mus, gladiolus, ſerra, forfex, tena-
la, culter inciſorius, terebellum,
rebra, uncinus, baliſta, ſpecillum,
ſtylus,

ſtylus, acus, cannula, fibula, ſpleni-
ferulæ, turunda, faſciæ, habenæ, pu-
villæ, cauteria actualia, volſellum.

32. Quando his utitur Chirurgus?

Quando neceſſitas efflagitat, mo-
do hoc indiſtinctis, modo diſtinct-
in unico affectu.

33. Quot ſunt ſcalpelli genera?

Tria, cultellare, olivare, & myr-
tinum: ex quibus cultellare Italis e-
Gallis eſt frequens, hocque tuti-
utuntur in ſecandis venis, quibu-
nervi & arteriæ ſubjacent, dicit-
cultellare & lancetta à forma cu-
telli ſeu lanceæ quam imitatur. Ge-
manice Laßmeſſerlein.

34. Quando utimur myrtino?

Cum latiores plagæ requirantu-
materiaque evacuanda ſit craſſior;
in ſcarificatione & tumoribus ap-
riendis *Hippocr. lib. de med. §. 5. 7.*

35. Quodnam apud nos eſt frequentius?

Oliv-

Olivare, quod minoris eſt latitudinis, & ſubtilioris extremitatis, dicitur Phlebotomus, unde phlebotomia illa dicitur venæſectio, quæ hoc ſcalpelli perficitur genere. Laßeiſen.

36. Circa phlebotomiam quæ ſunt neceſſaria?

Chirurgus: 1. venam latentem, vinculo, frictione, calidis linteis & aquis evocet. 2. partem incidendam vinculo (*a*) conſtringat. 3. uno ictu ſecundum longitudinem venam ſecet. 4. pulverem aſtrictorium in promptu habeat, ſi fortè ſanguinis impetus inhiberi haud poſſet. 5. debita deligatione, ſuperpoſito duplicato panniculo venam ſectam occludat. (a) *Hipp. lib. de medico.* §.7.

37. Ad quid conducit novaculum ſeu culter raſorius?

1. Ad deradendos pilos, quacunque etiam corporis parte inveniuntur & ſunt moleſti. 2. ad cutem de-

nudendam, & carnem putridam tollendam. Schermesser.

38. Specilli quinam est usus?

Specilli alterum extremum est latum & idoneum ad emplastri expansionem, zum Pflaster streichen: alterum rotundum, quod una cum stylo vulnerum explorationi inservit. Spattel.

39. Nonne & forcipum variæ sunt differentiæ?

Maximè, aliæ sunt denticulatæ, aliæ cochleatæ cum rostro corvino, aliæ cannulatæ, aliæ excisoriæ: quibus partim in extrahendis globis, telis, utimur, &c. partim caro putrida in remotioribus excidenda partibus apprehenditur & tollitur.

40. Acus quotuplex est?

Triplex, quarum: 1. utimur in suendis vulneribus, Hefftnadel. 2. in detrahendis oculorum tunicis Starnadel. 3. in trajiciendis funiculis per vulnerum meatus occultos. Durchziehenadel.

41. *Quid statuis de reliquis organis?*

Iis Chirurgus in variis utitur affectibus, ut passim ex quotidiana praxi patet.

42. *Quid promovet lumen?*

Actionis chirurgi commoditatem, luminis enim beneficio cuncta minutius perlustrare, contemplari, & sana ab insanis discernere, & sic absque impedimento agere potest.

43. *Qualis sit locus?*

Pellucidus, tepidus, privatus, à publicis viis remotus, nullisque fœdis exhalationibus, aut aliis scateat impedimentis.

44. *Tempus quod erit oportunum operationi Chirurgicæ?*

Id, quo vires nondum sunt fractæ, symptomata existunt mitiora, siderum abest malitiâ, & alia coindicantia nos ad agendum excitant & impellunt. *Hipp. lib. de Medico. §. ult.*

DISPUTATIONUM Medicarum DUODECIMA. DE PHARMACIA.

Respondente
PETRO CORNEFFERO,
MERCKENDORFFIO-FRANCO.

1. *Quid est Pharmacia?*

PHarmacia est ars medicamentorum sanitati corporis humani inservientium cognitione & artificiosâ præparatione nos instituens.

2. *Cur definis pharmaciam per artem?*

Quia una cum reliquis medicinæ partibus habitum illum, qui cum rectâ ratione est effectivus, locumque

que generis in universali medicinæ definitione occupat constituit.

3. *Vnde desumpta est differentia?*

A subjecto pharmaciæ! Quod cōstituunt medicamenta quatenus sanati inserviunt ritè cognoscenda & rectè præparanda.

4. *Quodnam est materiale subjecti?*

Medicamentum quod Græcis φαρμακὸν, unde ultima hæc medicinæ pars pharmaciæ sortita est appellationem.

5. *Quot modis accipitur vox medicamenti?*

Duobus: 1. latè, in qua significatione & medicamentis propriè sic dictis, alimentis medicamentosis & veneno juxta Nonium Marcellum *cap.* 1. accommodatur. 2. strictè & propriè: pro ut à veneno & alimento est distinctum, atque teste (*a*) Galeno omne id constituit, quod naturam nostram contra rerum p. n. im-

petum munire, aut ab optimo ſtatu dturbatam, alterare eique relegatis iis noſtrum quæ p. n. occupant corpus, priſtinum vigorem reſtituere & ſtatum poteſt: quæ poſterior acceptio hujus loci eſt. (a) 1. *de ſimpl. med. facult. c.* 1.

6. Circa formale quæ notandæ?

1. Quod ſanitati corporis humani inſerviant idq́ue duplici ratione. 1. præſervando ne corpus præſentem amittat. 2. curando, priſtinam qua corpori reſtituit. 2. ut prius rite cognoſcantur & præparantur, quam homini exhibeantur.

7. Nonne differunt venenum & alimenta à medicamento?

Maximè: venenum corpori ejusque viribus exiſtit contrarium, ſanitatem labefactat, deſtruitque omnino: medicamentum & ſanitati ſuccurrit fractæ & præſentem maſculè impetum contra rerum p. n. infenſiſſimum defendit: alimentum ſub-

ſtantiæ

ſtantiæ aſſimilatur corporeæ, ſecus fit in medicamento, quod neglecta aſſimilatione ſpiritus recreat, calorem adauget, vires reficit, cunctasque corporis partes muniendo præſervat, ſanitatem ne amittant nativam unicè hac ratione procurat.

8. *Quotuplicia ſunt hæc medicamenta?*

Duplicia: 1. Simplicia non reſpectu ſuæ materiæ & formæ, ſed compoſitorum ita dicta, eò quod nil arte ipſis admixtum obtineat. (*b*) 2. compoſita ſeu ex ſimplicium mixturâ conflata. (b) *Gal. lib.* 1. *de ſimpl. med. facul. c.* 1.

9. *Vnde deſumenda ſimplicia?*

Ex rerum naturalium claſſe, ad quam, plantæ vel omnia vegetabilia, animalia, mineralia, lapides, terræ pretioſæ; thermæ & acidulæ referuntur.

10. *Quot modis in corpus noſtrum agunt ſimplicia?*

Duobus: Qualitate 1. manifesta (c) sensibus obviâ, & cujus ratio reddi potest infallibilis. 2. occulta, quæ sensus & rationem fugit & substantiæ proprietatem respicit. (c) *Gal. l. 1. de simpl. med. facult. c. 3.*

11. *Quod sunt genera simplicium ratione manifestæ qualitatis?*

Tria: 1. alia primis, 2. quædam secundis agunt. 3. nonnulla tertiis qualitatibus sunt efficacia.

12. *Quotuplicia sunt simplicia ratione primæ qualitatis?*

Quadruplicia: calida, frigida, humida, sicca, quorum tamen quævis certos agnoscit (*d*) gradus, hoc id est remissionis vel intensionis (d) *Gal. l. 1. de comp. medic. per genera c. 4.*

13. *Quot sunt gradus primarium qualitatum?*

Quatuor: 1. quo obscura & vix sensibilis. 2. manifesta sed citra noxam. 3. manifesta vehemens, & cum molestiâ quadam. 4. vehementissima

ma cum insigni læsione corpori nostro accidit alteratio.

14. *Temperata danturnè simplicia?*

Imò quæ neque caliditate suâ, neque frigiditate, nec humiditate vel siccitate corpus nostrum alterant, sed idipsum prout invenerunt, conservant.

15. *Quæ sunt simplicia temperata?*

Asparagus, argenti spuma, adjanthum, cæra, cadmia, dactyli, faba, ficus, glyquyrhiza, mastix, pinei nuclei, sesamum, terra chia & samia, tragcantum, & zizipha.

16. *Quæ sunt calida in primo gradu?*

Absinthium, aloê, agaricus, amygdalæ dulces, buglossum, borrago, brassica, beta, cuscuta, chamæmelum, castanea, eupatorium, ladanum, linaria, malabatrum, crocus, oryza, sacch, symphytum, spica, tussilago.

17. *Quæ ſunt calida in ſecundo gradu?*

Calamus odorat, marrubium, vinum, zedoaria, thus, apium, anethum, nux moſchata, arthemiſia, myrrha, meliſſa piſtacia, &c.

18. *Quæ ſunt calida in tertio gradu?*

Calaminthum, cinamo: cuminum, aniſum, fæniculum, petroſ. origanum, piper, pulegium, raphanus, ſerpillum, hyſſopus, galanga, caryophylli, mentha, arum, aſarum, abrotanum, dracunculus, pulegium, &c.

19. *Quæ ſunt calida in quarto gradu?*

Pyrethrum, naſturtium, ranunculus, allium, calx, cepa, coſtus, euphorbium, vitriolum, ſandaracha, chryſocolla, miſy, ſory, melantheria, ſtruthium, ſinapi, &c.

20. *In primo gradu quæ ſunt frigida?*

Roſa, viola, pruna, pyra, malva, atri-

atriplex, milium, hordeum, gramen, fumaria, parietaria, caro citri, cydonea mala, &c.

21. *In secundo gradu quæ sunt frigida?*

Cucurbita, cucumis, lactuca, blitum, lens palustris, pruna damasc. endivia, acetosa, cicho, mala citria, persica, mala aurantia, mala granata, punica.

22. *In tertio & quarto gradu quæ sunt frigida?*

In 3. hyoscyamus, portul, papaver, mala insana seu poma amoris, solanum: in 4. gradu sunt cicuta, papaver erra icum, madragora, op um.

23. *Quæ sunt sicca in primo & secundo gradu?*

In 1 sunt: fænicul, artemis, castan, sesam, thus, sacch, faba, crocus, hordeum, ocymum, bac, Juniper. In 2. calam. odorat. card. mast. spic. ros. mar. salv. raph. plantag. balust. capp. dictam. tret. galban. bitum, agar, angelica, betonica,

24. *Sicca in 3. & 4. gradu quæ sunt?*

In 3. calaminth. caryophil. pip. pyret. epithy. eruc. hyſ. caſſ. odorat. abſynt. acet. abrot. alöe, ſang. dracon. aneth. coriand. cumin. cinam. &c. In 4. ſunt puleg. ranunc. naſtur. all. calx, euphorb. rut. ſylveſt. ſinap. laureola, melantheria, &c.

25. *Quæ ſunt humida in primo & ſecundo gradu?*

In 1. gradu ſunt glyqu. jujub. caro cit. malv. bngloſſum, rapa. ſeſam, ſatureja, &c. In 2. gradu ſunt, cucurb. cucum. viol. nymph. lact. port. uva matur, ſacch. melopep prun. damas. lens paluſt. perſic. mala armenica, &c.

26. *Cur omittis humida in 3. & 4. gradu?*

Quia humiditas tanta activitate non eſt donata, ut veluti reliquæ corpus ulteriori cum noxia, afficere, ſicque tertium aut quartum operationis gradum attingere poſſet.

27. *Nonne medicamenta in eodem gradu eodem modo alterant?*

Non: alia enim remiſſius, alia vehementius, alia vehementiſſimè agunt, quæ cauſa fuit quod medici quem habet gradum in tres manſiones, principium, medium & finem diſtribuerunt, & cuique ſua aſſignarunt ſimplicia.

28. *Vnde proficiſcuntur ſecundæ qualitates ſimplicium?*

A primis qualitatibus, prout à variis ſimplicium ſubſtantiæ modis determinantur, majorem minoremvé agendi aptitudinem accipiunt.

29. *Qui ſunt illi modi materiæ?*

Ejusdem vel craſſities, vel tenuitas, vel mediocritas, quarum commoderatione vires ſeu qualitates modò augentur, modò minuuntur, modò celeriùs, modò tardius agunt.

30. *Explices mihi exemplo velim?*

Abrotanum: 1. calefacit quæ actio eſt formalis, cùm tantùm tempera-

peramentum reſpiciat. 2. incidit, attenuat, rarefacit quæ actio eſt materialis, cum & circa certam materiam eſt occupata, & quam tenuitas ſubſtātiæ ſeu materiæ abrotani promovebat: hujus enim beneficio ſeſe in humores craſſos inſinuare, eosvé incidere ac tandem ſolvere poterat.

31. Quotuplicia ſimplicia ſecundarum qualitatum?

Quadruplicia: alia calidarum, quædam frigidarum, nonnulla humidarum & reliqua ſiccarum qualitatum, certo materiæ modo determinatarum actiones ſequuntur.

32. Quæ ſunt primi generis?

Ἀραιωτικὰ rarefacientia, ἀναστομωτικὰ vaſa aperientia, λεπτύνοντα attenuantia, τμητικὰ incidentia, ἀνώδυνα dolorem lenientia, ῥυπτικὰ abſtergentia, διαφορητικὰ diſcutientia, ἐκφρακτικὰ infarctus liberantia, ἐκπυΐσκοντα ſuppurantia, πεπτικὰ maturantia, καυστικὰ adurentia.

33. Quæ

33. Quæ referuntur ad rarefacientia?

Quæ ſunt moderatè calida, minime ſicca & tenuium (e) partium, & ideo laxant, poroſque cutis dilatant, ut ol. chamæmel. vetus, fæn. græc. althæa, chamæmelum, mercurialis, anethum, melilotum, ſem. lini, ſambucus. (e) *Gal. l. 1. de ſimpl. med. facul. cap. 3.*

34. Quænam ora vaſorum aperiunt?

Calida, acria, mordacia, & quæ craſſarum partium, ut aſar. adianth. alium, carduus, ſem. nap. raphan. abrotan. cinam. eupat. gentian. marrub. meliſſ. daucus, ſinapi, &c.

35. Quæ attenuant & incidunt?

Calida in 3. & quæ ſunt tenuium partium, ut origan. rut. thym. vin. ſcord. hyſſ. acet. arum. liguſt. piper. zinz. &c.

36. Quænam abſtergunt?

Calida, & quæ craſſarum ſunt partium,

tium, ut omnia amara, nitrosa, arum. asar. cardam. euphorb. fum. marrub. marum. myrrh. asparag. bdell. brass. beta.

37. Quotuplicia sunt anodyna?

Quadruplicia: 1. mitigantia. 2. contraria alterantia. 3. evacuantia. 4. narcotica, prima materia coquunt & mitigant, secunda priorem calorem aut qualit. minuunt, tertia evacuant & quarta sensum partibus adimunt & torporem inducunt.

38. Ad discutientia quæ referuntur?

Quæ calidum ac tenuium sunt partium, qua ratione se in crassos humores insinuant, eos attenuant, attenuatos & in halitus conversos insensibiliter evacuant, ut aristol. origa. rut. puleg. anis. mentha, &c.

39. Quæ sunt ecphartica, peptica & caustica?

Ecphartica sunt, quæ attenuant & incidunt, sic meatus deobstruunt, de

de quibus ſupra; maturantia moderato ſuo calore & humiditate corruptos humores corrigunt, ut ſtyr. liquid. caric. pingu. pix liquid. ol. dulce, ſem. lini, fæn. græc. rut. alth. cepæ, &c.

40. *Quæ ſunt cauſtica?*

Quæ ſunt calidiſſima & craſſioris materiæ, ideo minus apta ad penetrandum, ſed eas quibus applicantur partes adurunt, ut vitriol. urtic. cantharid. pyreth. ranunc. calx viva, æris flos.

41. *Quæ ſunt ſecundi generis?*

Frigiditatis actiones quæ inſequuntur: ut narcotica, ſtupefacientia, ϛυπτικὰ aſtringentia, παχυντικὰ incraſſantia, ἀποκρουϛικὰ repellentia.

42. *Quæ huc in ſpecie referenda?*

Aſtringunt, frigida, ſicca, craſſa, acerba, ut aluni, balauſt. galla, acac. incraſſant frigida, craſſa, modicè aſtringentia; ut: ros, plantag. acetos, bol. papav. repellunt frigida, craſſa, ſicca,

ſicca, auſtera ut meſpil. omphac. terr. ſigill. bol. arm. bac. myrt. ol. ſorbi, de narcoticis ſeu eſt dictum.

43. *Quæ ſunt tertij generis?*

Quæ humiditatem inſequuntur, ut μαλακτικὰ emollientia, χαλαστικὰ laxantia, πλατύνοντα dilatantia, qualia ſunt quæ temperate, calida, humiditate abundant: ut aq. tepid. lac, ſem. lini, fœn. græc. bet. braſs. butyr. ceraſ. malv. ol. amygd. & chamæmelinum.

44. *Quæ ſunt ultimi generis?*

Siccitatem quæ inſequuntur ut σαρκωτικὰ carnem generantia, κολλητικὰ glutinantia ἐπουλωτικὰ cicatricem inducentia, σκληρωτικὰ indurantia.

45. *Quæ ad hæc referuntur?*

Ad ſarcotica quæ exiccant ſordesque abſtergunt, ut maſtiche, reſin, pinea, ſarin. hord. ſymph. ariſtol. cadmia, &c. collitica, epulotica, indurant, exſiccant, ſine abſterſione validè conſtringunt, ut ſarcol. bol. arme.

me. balauſt. rormentil. ſang. dra-
nis, &c.

46. *Quæ dicuntur tertiarum qualitatum ſimplicia?*

Quæ præter qualitates primas & odum propriæ ſubſtantiæ hoc pe-liare habent, ut non in quamvis, d in certam & determinatam ma-riam agant.

47. *Quæ ſunt illa?*

Διουρητικὰ urinam moventia, ἱδρω-τικὰ ſudorifera, γαμαθρωζκοντὰ lac au-entia, ἐμμήνων ἀγωγὰ menſtrua pro-ocantia, σπερματοποιητικὰ ſemen pro-oventia.

48. *Qualia ſunt diuretica?*

Calida ac tenuiſſimæ ſubſtantiæ, i extenuandi, incidendi, & infu-endi humorem craſſum in venis rædita ut, ap. aniſ. petroſ. alli. vale-ian. pimpinel. cinam. cubeb. cardo-ened. capill. ♀, ſarſaparil. ſaſſaras. g. Guai, terr ſigil. rob. Sambuci.

49. *Quæ ſunt reliqua?*

Lac

Lac augent moderatè calida & humida, fænic. ſmyrn. eruc. anethum. menſtrua provocant, aperientia & abſtergentia, ut ariſtol. maj. puleg. orig. beton. ſpica. flatus diſcutiunt calida & ſicca quæ vim reſolvendi & diſcutiendi obtinent, melilot. chamæmel. rut. ſem. lin. lupini ſagapenum.

50. *Quot ſunt genera ſimplicium reſpectu qualitatum occultarum?*

Tria: 1. appropriata. 2. antidota 3. catarctica.

51. *Quæ dicuntur appropriata?*

Quæ occulta ſubſtantiæ familiaritate certis duntaxat partibus conferunt, reliquis contra vel nocent vel parum, aut omnino nihil proſunt.

52. *Quotuplicia ſunt hæc?*

Duplicia: 1. quædam certis partibus. 2. nonnulla certis affectibus ſunt dicata & appropriata.

53. *Quænam conferunt affectibus?*

Sam

Sanguis hirci, & cinis leporis calculo, ſtercus canis anginæ, ſtercus porci hæmorrhagiis narium, lapis Sardonius ventri, & ætites brachio alligatus impedit abortum, viſcus, quercinus, pæonia Epilepſiam, & cerebrum leporis membrorum tremorem tollit.

54. *Quomodo appellantur quæ certis membris ſunt propria?*

Cephalica, thoracica, cardiaca, epatica, ſplenetica, ſtomachica, uterina, nephritica, arthritica: ſua quibus ſuavitate ſuccurrunt & ope.

55. *Nonne tantum agunt occulta qualitate?*

Nequaquam, ſed præter hanc & primis qualitatibus ſunt prædita, utrisque agunt manifeſtis in affectam; occulta verò & appropriata in hujus non alterius, in certi non cujusvis partis temperiem.

56. *E. duplici gaudent nomine?*

Imò ut cephalica calida, cardiaca frigi-

frigida, respectu primarum dicuntur frigida & calida; ratione determinationis certi alicujus membri appropriata vel speciatim, cephalica, cardiaca, epatica appellantur.

57. *Quæ sunt calida & frigida cephalica?*

Calida sunt: stæch. arab. maj. beton. rorismar. salv. pæon. lavend. origan. hys. melisse; frigida rosa, viol. nymph. lact. portulaca.

58. *Quæ sunt calida & frigida cardiaca?*

Calida sunt caryophyl. angel. helen. croc. mosch. zedoar. nux mosch. cin. frigidæ borrag. buglos. plantag. lim. mala punic. seu grana C. C. ter. sigil. margarit. coral. lap. bezoar.

59. *Quæ sunt calida & frigida thoracica?*

Calida sunt, carduus bened. fænic. marrub. calaminth. beton. veron. glyquyr. frigida, malva. tragacant. frigid. psillium, jujusebesten.

60. *Quæ*

60. Quæ epati sunt appropriata?

Calida sunt capil ♀, fæn. petros. apium. absinth. cal. aromat. hepat. schænanth. cassia lignea, frigida sunt acetosa, lact. portul. cichor. sem. frigid. major.

61. Splenetica quæ sunt?

Calida sunt rubiæ tinct. fumar. lupul. sambuc. scolopend. ceterach. epithym. absinth. frigida sunt scariola. fraga. ribes, berb. selix, endiv. cichorum.

62. Nephritica quæ sunt?

Calida, sexifrag. ligustic. eruc. eryng. filipendul. cardamom. frigida, pariet. sem. frigid. succ. rib. limon.

63. Ad stomachica quæ referuntur?

Calida sunt: absinth. bac laur. juniper. semin. cumin. anis. galang. calom. aromat. zedoar. cardam. pip. cinam. frigida sunt, sem. maj. frigid. endiv. plantag. cichor. acetos. mala persica, cidon. granata.

64. Vterina quæ sunt & arthritica?

Uterina sunt, thymus, artemis. puleg. angel. valerian. nux mosch. myrrh. castor. matric. dictam. satureja melissa: arthritica sunt: lavend. stæch. arab. fol. lauri, artemis. major. rosmar. chamæpi. &c.

65. Sunt & appropriata humida & sicca?

Sunt; sed sicca referuntur ad calida & humida ad frigida, quæ cum calida exsiccent, & quæ frigida etiam humectent.

66. Quæ dicuntur antidota?

Quæ substantiæ proprietate & occulta qualitate veneno in corpore humano delitescenti sunt contraria: ejus vires obtundendo, paulatim immutando frangunt, cor corroborando, naturæ succurrunt, eamque ad impugnandam malignitatem, introductam magis magisvé excitant.

67. Quo-

67. *Quomodo aliàs appellantur?*

Alexiteria, alexipharmaca qualia ſunt: lap. Bez. unicorn. C.C. ter. ſig. bol. arm. zedoar. angel. valerian. pimpinel. vincetox. carduiben. ſmaragd. ter. lemn caro viperarum, ſcordium, ſcorpius, gentiana, &c.

68. *Nonné compoſita dantur antidota?*

Maximè, theriaca Andromachi, Meſuæ, Auguſtana: mithridatium Damacratis: antidotus Mathiol.

69. *Quænam catarcticorum nomine veniunt?*

Quæ non mediantibus manifeſtis qualitatibus, ſed occulta quadam ſubſtantiæ proprietate ac familiaritate, certum quendam humorem ex toto vel certa quadam parte electivè evacuant.

70. *Quotuplicia ſunt purgantia?*

Duplicia: 1. mitiora quæ aſſumpta ad epar usque ſuas vires extendunt, & ex his humorem ſine moleſtia vi-

tiosum evacuant. 2. fortiora, quæ ex toto & remotioribus partibus insigni cum corporis commotione certum humorem exturbant.

71. *Quæ sunt cholagoga & phlegmagoga?*

Cholagoga: 1. Mitiora sunt, violæ, rosæ, flor. persic. rhabarb. tamar. myrobal. citri, aloë, psyl. cass. man. 2. fortiora, scammo, pepiij sem. asar. phlegmagoga. 1. Mitiora sunt, agar. myrobal. chebulæ. bell. embl. me choacan. 2. fortiora, carthamum. turbith. colocynth. hermodact. opopanax. sagapenum. euphorbium, scariola.

72. *Quæ sunt melanagoga & hydragoga?*

Melanagoga mitiora sunt: fumar. epithym. myrobal. Ind. polypod. se na. fortiora elleborus niger, lapis lazul. & armenus: hydragoga sunt elaterium, radix ireos, gratiola, mezerium, esula.

73. *Quænam mixtos evacuant humores?*

Bilem cum pituita, ſcamon, aloë, chaſſ. agar. rhabarb: bilem & melancholiam, ellebor. niger. polypod. ſena, epithymum & alia ex prædictis mixta.

74. *Quænam ex peculiaribus partibus magis purgant?*

Agaricus & colocynthis magis ex capite, rhabarb. ex epate, aloë ex inteſtinis & ventriculo, hermodactili ex articulis, his addantur vomitoria, errhina, apophlegmatizonta.

75. *Simplicia hæc nonne ſemper ſunt actu talia?*

Nequaquam: ſed (*f*) actu talia dicuntur in quibus ſtatim primo tactu percipitur illa à qua denominantur, qualitas, & quæ corpori applicata omni remota mora, id ipſum alterant, ut ignis eſt actu calidus, aqua actu frigida (f) *Gal. l. 1. de ſimpl. med. facult. c.* 1.

76. *Quæ ſunt potentia talia?*

Quorum qualitas à tangente non ſentitur, neque appliaata corpus primò ſtatim contactu, ſed mora aliqua interpoſita alterat, ut vinum, aniſum, fæniculum, ſunt calida potentiâ.

77. *A quonam illa potentiâ in actum deducitur?*

A calore corporis noſtri, quo paulatim mutata, qualitatem inſitam exerunt, ipſoque actu corpus alterando aggrediuntur.

78. *Nonné ſemper per ſe agunt?*

Non, ſed per accidens: (g) per ſe quidem id præſtant ad quod collimant, per accidens (g) huic contrariũ: ut ignis per ſe calefacit: verum calefaciendo poros cutis reſerit, ſudorem movet, motum una cum inſito calore & ſpiritibus per dilatatos meatus educit, ſic corpus enervat, debilitat, & per accidens refrigerat.

(g) *Gal. l. 1. de ſimpl. med. facult. c. 2.*

79. *Præter hæc ſimplicia ſuntné adhuc alia?*

Maximè compoſita videlicet medicamenta quæ opera & arte pharmacopæi ex enumeratis producuntur ſimplicibus.

80. *Circa medicamentorum compoſitorum quod ſunt neceſſaria?*

Quatuor potiſſimum: 1. Medicus, 2. Pharmacopæus. 3. materia ex qua. 4. inſtrumenta officinalia.

81. *In Medico quot requiruntur?*

Duo: 1. ut ſit experientia & arte medica probe edoctus. 2. præmeditate & diſtinctim medicamenta præſcribat componenda.

82. *Qualis ſit Pharmacopæus?*

Literis imbutus, in pharmaceuticis & botanicis fundamentaliter inſtructus, magiſtratui juramento devinctus, pius, diligens, ſobrius, non avarus, nec prodigus, medicamenta componenda ſecundum artis præſcriptum, abſque Medici conſenſu

nihil addendo vel detrahendo fideliter componat & reservet.

83. *Materia ex qua quid denotat?*

Ipsa ingredientia in officinis semper quæ sunt in promptu, tum simplicia quam composita, non enim tantum ex simplicibus verum etiam ex compositis alia componuntur remedia.

84. *Hæc materia in composito quotuplex?*

Quadruplex: 1. basin constituens. 2. corrigens. 3. dirigens. 4. informans.

85. *Estné basis in composito necessaria?*

Omninò hujus enim respectu medicamentum indicati nomine venit & indicanti opponitur: quod & pro sua varietate & ipsam variat basin: cum unum saltem indicans simplicem, plura verò compositam requirant basin.

86. Cor-

86. *Corrigens quid agit?*

Baſeos: 1. ſuccurrit debilitati augentibus, ignaviæ acuentibus. 2. violentiam primarum coercet contrariis, malignitatem frangit alexiteriis. 3. gratum eidem colorem odorem, ſaporem conciliat.

87. *Quem uſum præſtat dirigens & informans?*

Dirigens ſubſtantiæ proprietate, partium tenuitate, qualitatum commoditate, baſin imò totum medicamentum ad partem ducit affectam: Informans juſtam conſiſtentiam & formam compoſito, ut diutius reſervari & commodius exhiberi poſſit, largitur.

88. *Ratione formæ externæ quotuplicia ſunt compoſita?*

Triplicia: 1. fluida & liquida. 2. mollia & humida. 3. Solida & ſicca.

89. *Quæ ſunt fluida & liquida?*

Quæ fluxili ſubſtantia ſunt donata, ut decocta, aquæ deſtillatæ, ſyrupi,

pi, infusa, olea, succi depurati, julepi, emulsiones, enemata, potiones, collutiones, gargarismi, fomenta, epithemata, embrochæ, insessus, collyria liquida.

90. *Quæ sunt mollia & humida?*

Quæ mediam consistentiam inter liquida & solida obtinent, sunt actu humida & hinc mollia: ut electuaria mollia, pillulæ, rob. ecclegmata, extracta, balsamus, unguenta emplastra, pinguedines, linimenta, cerata, glandes, cataplasmata.

91. *Quæ sunt solida & sicca?*

Rotulæ, morsuli, trochisci, pulveres, suffimenta, sacculi, scuta, poma odorata errhina sicca, sternutamenta, apophlegmatismi, colliria arida.

92. *Quomodo alias distinguuntur medicamenta composita?*

1. Respectu effectus in alterantia & purgantia. 2. ratione partis affectæ, in cephalica, cardiaca, stomachica, epatica, otenchyta, quæ auribus

immit-

immittuntur, colliria quæ oculis applicantur, metenchyta quæ utero injiciuntur, apophlegmatiſmi quæ pituitam è cerebro per os evacuant, errhina quæ naribus induntur. 3. ratione ſitus partis in externa & interna.

93. Quid intelligis per inſtrumenta officinalia?

Omnia ea, quorum adminiculo, pharmacopæus ingredientia comminuere: reſolvere, dividere, menſurare & componere potis eſt.

94. Ad hæc ſuntné referenda, pondera & menſura pharmacopæorum?

Maximè: hæc enim ſunt inſtrumenta, quibus medicamenti parandi materies exactim menſuratur, tandem totum compoſitum ad certam doſin reſtringitur.

95. Quid hic eſt doſis medicamenti?

Nihil aliud quam quantitas materiæ, exhibendæ, vel pondere, vel men-

mensura (*h*) vel numero, ita determinata. (h) *Fern.l.4. M.M c.6.*

96. Quæ sunt mensuræ & pondera officinalia?

Usitatoria pondera sunt, granum, obulus, scrupulus, drachma, uncia, libra: mensuræ sunt manipulus, pugillus, cochlear, cyathus & alia vasa unciis vel liberis officinalibus designata.

97. Quotuplicia sunt quæ mensurantur?

Duplicia: 1. Sicca seu arida, ut flores, folia, semina, & alia: horũ mensuræ manipulus & pugillus existũt. 2. liquida & fluida, ut olea, mel, aqua quæ reliquis mensurarum differentiis mensuranda veniunt.

98. Nonne quædam ingredientia numerantur?

Sic est: cumprimis nonnulla ex leguminibus, seminibus, fructibus, majoribus & alia, ut limones, poma meranzia, pruna damascena, ficus, allia,

allia, cepæ, cochleæ, ſcorpiones, ovorum albumina & vitella, ac folia auri.

99. Circa pondera & menſuras quæ ſunt præterea obſervanda?

Quatuor: 1. nomen ſingulis quod ponderum differentiis aſſignatur. 2. quantitas ſeu ipſum pondus, quantum videlicet nomine certo ſignatũ quodvis pendet. 3. numerus ponderis, quo quantitatis gradus determinantur ſitq; tantum Romanus. 4. notæ quibus pondus in deſcriptionibus medicorum breviter exprimitur: quæ facilioris cognitionis ergò in ſubſequenti ſchemate ſunt ad oculum quaſi adumbrata.

FINIS.